

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

LIBER QUARTUS.

DIGESTE OU PANDECTES,

LIVRE QUATRIÈME.

TITRE PREMIER.

DES RESTITUTIONS

EN ENTIER.

1. *Ulpian au liv. 11. sur l'Édit.*

NOUS n'avons pas besoin d'insister sur l'utilité de ce titre, elle se fait assez sentir; car, sous ce titre, le préteur vient en plusieurs manières au secours de ceux qui se sont trompés ou qui ont été trompés, et que la crainte ou la mauvaise foi de ceux avec qui ils ont contracté, l'âge ou l'absence ont fait tomber dans le piège qu'on leur tendoit.

2. *Paul au liv. 1. des Sentences.*

Il en est de même de ceux à qui le changement d'état ou une juste erreur a causé quelque tort.

3. *Modestus au liv. 8. des Pandectes.*

Le préteur promet d'accorder les restitutions en entier en connoissance de cause. Il se réserve toujours d'examiner la justice et la vérité de la cause qui fait demander ces restitutions.

4. *Callistrate au liv. 1. de l'Édit monitoire.*

Je sais que plusieurs sont d'avis qu'on ne doit point admettre les demandes en restitution quand la lésion est modique, surtout si la restitution demandée doit porter préjudice à une affaire dont la nature ou l'objet est plus considérable.

5. *Paul au liv. 7. sur l'Édit.*

Ceux à qui le préteur promet la restitution en entier, ne sont point exclus du droit d'agir.

6. *Ulpian au liv. 13. sur l'Édit.*

On accorde la restitution en entier non-seulement aux mineurs, mais aussi à ceux

TITULUS PRIMUS.

DE IN INTEGRUM

RESTITUTIONIBUS.

1. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

UTILITAS hujus tituli non eget commendatione: ipse enim se ostendit. Nam sub hoc titulo plurifariam prætor hominibus vel lapsis, vel circumscriptis subvenit; sive metu, sive calliditate, sive ætate, sive absentia inciderunt in captivum.

Utilitas edicti.

2. *Paulus lib. 1. Sententiarum.*

Sive per status mutationem, aut justum errorem.

3. *Modestinus lib. 8. Pandectarum.*

Omnes in integrum restitutiones, causa cognita à prætore promittuntur: scilicet ut justitiam earum causarum examinet, an veræ sint, quarum nomine singulis subvenit.

De causæ cognitione.

4. *Callistratus lib. 1. Edicti monitorii.*

Scio illud à quibusdam observatum, ne propter satis minimam rem, vel summam, si majori rei vel summæ præjudicaretur, audiat is qui in integrum restitui postulat.

5. *Paulus lib. 7. ad Edictum.*

Nemo videtur exclusus, quem prætor in integrum se restitutum pollicetur.

Effectus hujus edicti.

6. *Ulpianus lib. 13. ad Edictum.*

Non solum minoris, verum eorum quoque qui republicæ causa abfuerunt, item

De successoribus.

omnium qui ipsi potuerunt restitui in integrum, successores in integrum restitui possunt : et ita sæpissimè est constitutum. Sive igitur heres sit, sive is cui hereditas restituta est, sive filii familias militis successor; in integrum restitui poterit. Proinde et si minor in servitutem redigatur, vel ancilla fiat, dominis eorum dabitur, non ultra tempus statutum, in integrum restituito. Sed et si fortè hic minor erat captus in hereditate quam adierit; Julianus libro septimodecimo Digestorum scribit, abstinendi facultatem dominum posse habere, non solùm ætatis beneficio, verùm et si ætas non patrocinetur : quia non apiscendæ hereditatis gratia legum beneficio usi sunt, sed vindictæ gratia.

7. *Marcellus lib. 3. Digestorum.*

De absente.

Divus Antoninus Marcio Avito prætori de succurrendo ei qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit : *etsi nihil facile mutandum est ex solemnibus ; tamen, ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est : itaque si citatus non respondit, et ob hoc more pronunciatum est, confestim autem pro tribunali te sedente adiit ; existimari potest, non sua culpa, sed parùm exaudita voce præconis defuisse : ideoque restitui potest.*

§. 1. Nec intra has solùm species consistet hujus generis auxilium : etenim deceptis sine culpa sua, maximè si fraus ab adversario intervenerit, succurri oportebit : cùm etiam de dolo malo actio competere soleat : et boni prætoris est potiùs restituere litem, ut et ratio et æquitas postulabit, quàm actionem famosam constituisse, ad quam tunc demum descendendum est, cùm remedio locus esse non potest.

qui ont été éloignés de leur domicile pour les affaires publiques, aussi bien qu'aux héritiers de tous ceux qui ont pu demander la restitution en entier : c'est ce qui a été souvent décidé. Ainsi l'héritier, le fidéicommissaire à qui l'héritage a été restitué, l'héritier d'un fils de famille militaire, peuvent demander la restitution en entier. De même, si un mineur affranchi est remis en servitude pour cause d'ingratitude, son maître jouira pendant le temps fixé du droit de demander la restitution en entier. Supposé même que ce mineur eût été trompé dans l'acceptation qu'il a faite d'une succession, Julien, au livre dix-sept du Digeste, est d'avis que le maître peut exercer en sa place le droit qu'il avoit de s'abstenir, non-seulement si le mineur avoit ce droit à raison de son âge, mais même s'il s'agissoit d'un majeur, parce qu'en réduisant cet homme en esclavage, le maître n'a pas prétendu tirer de lui aucun avantage, mais seulement se venger de son ingratitude.

7. *Marcellus au liv. 3. du Digeste.*

L'empereur Antonin a écrit en ces termes à Marcus Avitus, préteur, au sujet de quelqu'un qu'il s'agissoit de restituer contre une perte qu'il avoit soufferte par son absence : « Quoiqu'en général il ne faille rien changer dans les solennités du droit, cependant il faut secourir ceux qui ont été surpris quand il y a une raison d'équité évidente ; ainsi quand un particulier cité devant vous n'a point comparu, et qu'en conséquence il a été condamné suivant l'usage, s'il se présente aussitôt, et pendant que vous êtes encore dans votre tribunal, on peut croire que ce n'est pas par sa faute qu'il a négligé de paroître, mais parce qu'il n'a pas entendu l'appel fait par l'huissier. En sorte qu'il y a lieu à le restituer. »

1. Le secours présenté par l'empereur ne doit pas être restreint au cas dont il parle : car il faut toujours venir au secours de ceux qui ont été trompés sans faute de leur part, surtout s'il y a eu de la fraude de la part de leurs adversaires, puisqu'en ce cas on peut toujours intenter l'action tirée de la mauvaise foi ; et un préteur équitable doit préférer de recommencer un procès quand la raison et l'équité le demandent, plutôt que de donner lieu à une action infamante. On ne doit en venir à cette extrémité qu'au défaut de tout autre remède.

8. *Macer au liv. 2. des Appels.*

Il y a de la différence entre la restitution accordée aux mineurs de vingt-cinq ans, et celle qu'on donne à ceux qui ont été absens pour les affaires publiques. Elle consiste en ce que les mineurs de vingt-cinq ans, qui ont été défendus par leurs tuteurs ou curateurs, sont restitués en connoissance de cause contre le jugement porté contre eux; au lieu que ceux qui sont absens pour les affaires publiques, ou ceux qui jouissent des mêmes privilèges lorsqu'ils ont été défendus par leur procureur, ne sont restitués qu'à l'effet de pouvoir appeler du jugement dont ils se plaignent.

TITRE II.

DE LA RESTITUTION ACCORDÉE
CONTRE CE QUI A ÉTÉ FAIT PAR CRAINTE.

1. *Ulpien au liv. 11. sur l'Édit.*

L'ÉDIT du préteur porte : « Je ne reconnoîtrai point tout ce qui aura été fait par crainte. » L'édit portoit auparavant « tout ce qui aura été extorqué par la violence ou par la crainte. » Il y étoit fait mention de la violence, parce que la violence est contraire à la volonté, et que la crainte d'un péril présent ou futur trouble l'esprit. Mais ensuite on a ôté de l'édit le terme de *violence*, parce que ce qui est fait par une violence considérable, peut toujours être regardé comme fait par crainte.

2. *Paul au liv. 1. des Sentences.*

On entend par violence une force majeure à laquelle on ne peut pas résister.

3. *Ulpien au liv. 11 sur l'Édit.*

L'édit du préteur renferme donc en même temps la violence et la crainte; et lorsque quelqu'un a été forcé par violence à faire quelque chose, il jouit du bénéfice de l'édit.

1. Mais il faut entendre ici par violence, celle qui est illicite ou qui est contre les bonnes mœurs, et non pas la violence légitime, telle que celle que fait un magistrat suivant les lois et le devoir de sa charge. Au reste, si le magistrat ou le président d'une province exerçoit une pareille violence sans raison, Pomponius est d'avis que le présent édit auroit lieu; par exemple, dit-il, s'il avoit extor-

8. *Marcer lib. 2. de Appellationibus.*

Inter minores viginti quinque annis, et eos qui reipublicæ causa absunt, hoc interest, quod minores annis etiam qui per tutores curatoresve suos defensi sunt, nihilominus in integrum contra rempublicam restituuntur, cognita scilicet causa: ei verò qui reipublicæ causa absit, cæteris quoque qui in eadem causa habentur, si per procuratores suos defensi sunt, hactenus in integrum restitutione subveniri solet, ut appellare his permittatur.

Quid intersit inter restitutionem minoris, et absentis.

TITULUS II.

QUOD METUS CAUSA

GESTUM ERIT.

1. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

AIT prætor: quod metus causa gestum erit, ratum non habebit. Olim ita edicebatur, quod vi metusve causa. Vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impositam contrariam voluntati: metus, instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatione: sed postea detracta est vis mentio: idè quia quodcumque vi atrocis fit, id metu quoque fieri videatur.

Edictum, de vis mentione edicto detracta.

2. *Paulus lib. 1. Sententiarum.*

Vis autem est majoris rei impetus, qui repelli non potest.

Quid sit vis.

3. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

Continet igitur hæc *clausula* et vim, et metum: et si quis vi compulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur.

Metus quomodo accipitur in hoc edicto.

§. 1. Sed vim accipimus atrocem, et eam quæ adversus bonos mores fiat: non eam quam magistratus rectè intulit, scilicet jure licito, et jure honoris quem sustinet. Cæterum si per injuriam quid fecit populi Romani magistratus, vel provinciæ præses; Pomponius scribit, hoc edictum locum habere: *si fortè, inquit, mortis aut verberum terrore pecuniam*

alicui extorserit,

4. *Paulus lib. 11. ad Edictum.*

Ego puto etiam servitutis timorem, similiumque admittendum.

5. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

Metum accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed majoris malitatis.

6. *Gaius lib. 4. ad Edictum provinciale.*

Metum autem non vani hominis, sed qui meritò et in hominem constantissimum eadat, ad hoc edictum pertinere dicemus.

7. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

Nec timorem infamiæ hoc edicto contineri Pédus dicit libro septimo: neque alicujus vexationis timorem per hoc edictum restitui. Proinde, si quis meticulosus rem nullam frustra timuerit, per hoc edictum non restituitur: quoniam neque vi, neque metus causa factum est.

§. 1. Proinde si quis in furto, vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio, vel dedit aliquid, vel se obligavit; Pomponius libro vicesimo octavo rectè scribit, posse eum ad hoc edictum pertinere: timuit enim vel mortem, vel vincula: quanquam non omnem adulterum licet occidere, vel furem, nisi se telò defendat; sed potuerunt vel non jure occidi, et ideò justus fuerit metus. Sed et si, ne prodatur ab eo qui deprehenderit, alienaverit; succurri et per hoc edictum videtur: quoniam, si proditus esset, potuerit ea pati quæ diximus.

8. *Paulus lib. 11. ad Edictum.*

Isti quidem et in legem Juliam incidunt, quòd pro comperto stupro acceperunt. Prætor tamen etiam, ut restituant intervenire debet. Nam et gestum est malo more: et prætor non respicit, an adulter sit, qui dedit; sed hoc solùm, quòd hic accipit metu mortis illato.

§. 1. Si is accipiat pecuniam, qui instrumenta status mei interversurus est,

què de l'argent à quelqu'un par la crainte de la mort ou des tourmens.

4. *Paul au liv. 11. sur l'Edit.*

Je pense qu'il faut porter le même jugement sur la crainte de la servitude ou quelque autre crainte semblable.

5. *Ulpien au liv. 11. sur l'Edit.*

Labéon écrit que par *crainte* on n'entend point ici une crainte quelconque, mais seulement celle qui a pour objet un grand mal.

6. *Gaius au liv. 4. sur l'Edit provincial.*

La crainte dont parle cet édit n'est pas celle d'un homme timide mal à propos, mais celle dont un homme ferme peut être raisonnablement susceptible.

7. *Ulpien au liv. 11. sur l'Edit.*

Pédus, au livre dix-sept, pense que la crainte de l'infamie ou la crainte d'être vexé, n'est pas comprise dans cet édit: ainsi si un homme naturellement timide craint mal à propos quelque malheur, il ne jouit pas du bénéfice de l'édit.

1. Ainsi supposons qu'un homme surpris commettant un vol, un adultère ou quelque autre crime, ait donné de l'argent ou se soit obligé, Pomponius pense qu'il est compris dans l'édit dont nous parlons; parce qu'il a craint la mort ou la prison. Il est vrai qu'il n'est point permis de tuer toute espèce d'adultère, et qu'on ne peut tuer un voleur que lorsqu'il se défend à main armée; mais on pourroit les tuer quoiqu'injustement: ainsi leur crainte est légitime. Si quelqu'un aliène un esclave qui l'aura découvert en pareil crime, pour n'être point trahi par lui, il jouira du bénéfice de cet édit; parce qu'il a pu craindre justement d'être soumis aux peines dont nous venons de parler, dans le cas où il seroit découvert par cet esclave.

8. *Paul au liv. 11. sur l'Edit.*

Il est vrai que ceux qui ont reçu de l'argent pour ne pas découvrir un adultère déjà découvert, sont punis par la loi Julia. Cependant le préteur doit intervenir pour leur faire restituer ce qu'ils ont reçu; car ils ont mal fait en recevant, et le préteur ne considère point si celui qui a donné l'argent étoit coupable d'adultère, mais s'il a été forcé à le donner par la crainte de la mort.

1. Lorsqu'un homme me force de lui donner de l'argent, en me menaçant de suppri-

mer l'acte qui constate mon état, il n'y a pas de doute que ma crainte ne soit grave, surtout si on suppose que quelqu'un me revendique comme son esclave, et qu'en perdant ces actes, je ne puisse point donner de preuves de ma liberté.

2. Si un homme ou une femme donne de l'argent pour n'être point forcé à des actions déshonnêtes, il peut implorer le bénéfice de l'édit, parce que la crainte du déshonneur est plus grande dans les honnêtes gens que la crainte de la mort même.

3. Dans tous les cas où nous avons dit que l'édit avoit lieu, peu importe qu'on ait craint pour soi ou pour ses enfans; parce que l'amitié paternelle fait craindre aux pères plus encore pour leurs enfans que pour eux-mêmes.

9. *Ulpian au liv. 11. sur l'Édit.*

Il faut encore que la crainte dont il s'agit ici ait un objet présent; il ne suffiroit point qu'on eût lieu de conjecturer que le mal pourroit arriver: c'est l'avis de Pomponius au livre vingt-huit; car il dit qu'on doit entendre l'édit de la crainte qu'on vous a inspirée, c'est-à-dire, du cas où quelqu'un vous a donné lieu de craindre réellement. Il élève cette question: y auroit-il lieu à l'édit, si j'avois abandonné ma terre sur l'avis que j'aurois reçu qu'il venoit des gens armés pour s'en emparer? Il rapporte l'avis de Labéon, qui pense que l'édit n'a pas lieu, non plus que l'interdit introduit contre la violence; parce qu'en effet, je ne suis point dépouillé par violence, lorsque j'ai fui sans attendre. Il en seroit autrement si je m'étois retiré après qu'on seroit entré chez moi à main armée; l'édit auroit lieu. Le même jurisconsulte est d'avis que si vous bâtissez violemment et à main armée sur mon terrain, je peux recourir au bénéfice de l'édit, et à l'interdit porté contre la violence; parce que c'est par crainte que je vous laisse faire. Si je vous ai abandonné la possession de mon bien par la violence que vous m'avez faite, Pomponius pense qu'il y a lieu à l'édit.

1. Il faut remarquer que le prêteur dans son édit, parle en général et donne une action réelle, et qu'il n'ajoute point que l'action est accordée contre celui qui se sera fait craindre. Ainsi il y aura lieu à cet édit, soit que la crainte ait été occasionnée par

nisi dem; non dubitatur, quin maximo metu compellatur: utique si jam in servitutem petor, et illis instrumentis perditis, liber pronunciarum non possum.

§. 2. Quod si dederit, ne stuprum patiatum vir, seu mulier; hoc edictum locum habet: cum viris bonis iste metus major quam mortis esse debet.

§. 3. Hæc, quæ diximus ad edictum pertinere, nihil interest in se quis veritus sit, an in liberis suis; cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur.

9. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

Metum autem præsentem accipere debemus, non suspicionem inferendi ejus. Et ita Pomponius libro vicesimo octavo scribit: ait enim, *metum illatum accipiendum*, id est, si illatus est timor ab aliquo. Denique tractat, si fundum meum dereliquero, audito quod quis cum armis veniret, an huic edicto locus sit? et refert Labeonem existimare, edicto locum non esse, et unde vi interdictum cessare: quoniam non videor vi dejectus, qui de jure non expectavi, sed profugi. Aliter atque si, postea quam armati ingressi sunt, tunc discessi: huic enim edicto locum facere. Idem ait, et si fortè adhibita manu in meo solo per vim ædifices, et interdictum *quod vi aut clam*, et hoc edictum locum habere: scilicet quoniam metu patior id te facere. Sed et si per vim tibi possessionem tradidero, dicit Pomponius huic edicto locum esse.

§. 1. Animadvertendum autem, quod prætor hoc edicto generaliter et in rem loquitur, nec adjicit, à quo gestum: et ideo si ve singularis sit persona quæ metum intulit, vel populus, vel curia, vel collegium, vel corpus; huic edicto locus

Qui testatur hoc edicto.

erit. Sed licet vim factam à quocunque prætor complectatur, eleganter tamen Pomponius ait, si, quo magis te de vi hostium, vel latronum, vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid à te accepero, vel te obligavero; non debere me hoc edicto teneri, nisi ipse hanc tibi vim summisi. Cæterum si alienus sum à vi, teneri me non debere: ego enim operæ potius meæ mercedem accepisse videor.

De manumissionem. De depositione ædificii.

§. 2. Idem Pomponius scribit, quosdam benè putare, etiam servi manumissionem, vel ædificii depositionem, quam quis coactus fecit, ad restitutionem hujus edicti porrigendam esse.

De actione et exceptione ex hoc edicto.

§. 3. Sed quod prætor ait, *ratum se non habiturum*; quatenus accipiendum est videamus. Et quidem, aut imperfecta res est, licet metus intervenerit, utputà stipulationem numeratio non est secuta; aut perfecta, si post stipulationem et numeratio facta est, aut per metum accepto debitor liberatus est, vel quid simile contigerit, quod negotium perficeret: et Pomponius scribit, in negotiis quidem perfectis et exceptionem interdum, et actionem competere: in imperfectis autem, solam exceptionem. Sed ex facto scio: cum Campani, metu cuidam illato, extorsissent cautionem pollicitationis, rescriptum esse ab imperatore nostro, posse eum à prætoris in integrum restitutionem postulare: et prætorem, me adsidente, interlocutum esse; *ut sive actione vellet adversus Campanos experiri, esse propositam: sive exceptionem adversus petentes, non deesse exceptionem.* Ex qua constitutione colligitur, ut, sive perfecta, sive imperfecta res sit, et actio, et exceptio detur.

De actione amissa.

§. 4. Volenti autem datur et in rem actio, et in personam, rescissa acceptilatione, vel alia liberatione.

§. 5.

une seule personne, soit que la menace ait été faite par un corps de ville, une curie, une communauté, etc. Cependant, quoique l'édit du præteur comprenne toute espèce de violence, si, comme le remarque Pomponius, j'avois reçu de l'argent de vous ou que je vous eusse obligé pour trouver de quoi vous défendre et vous délivrer de la violence dont vous étiez menacé de la part des ennemis, des voleurs ou du peuple, je ne serois pas dans le cas de l'édit; à moins que je n'eusse moi-même occasionné cette violence. Mais si je ne suis point complice, je ne dois pas être tenu; car, dans ce cas, je suis censé avoir reçu le salaire de mes peines.

2. Le même Pomponius adopte le sentiment de ceux qui pensent qu'on peut avoir recours à l'édit quand on a été forcé à affranchir un esclave ou à jeter bas un bâtiment.

3. Examinons à présent quelle est l'étendue de ces termes du præteur, je ne reconnoîtrai point. Il faut distinguer, ou l'affaire à laquelle on a été forcé n'est point consommée, quoiqu'on ait employé la crainte, par exemple, on s'est obligé mais on n'a pas payé; ou l'affaire est consommée, par exemple, après s'être obligé on a payé, ou on a donné par crainte quittance à son débiteur; ou enfin on a fait quelque chose semblable qui a mis fin à l'affaire. Si l'affaire est consommée il y a lieu, suivant Pomponius, à l'exception et à l'action; si l'affaire n'est point consommée, on n'a qu'une exception. Je sais cependant que le fait s'étant présenté, à l'égard des Campaniens qui avoient extorqué à quelqu'un par violence un billet contenant promesse d'une certaine somme, l'empereur a prononcé dans un rescrit que le præteur pouvoit restituer ce particulier en entier, et le præteur, dont j'étois l'assesseur, rendit ce jugement interlocutoire: « Le particulier peut se servir d'une exception contre les Campaniens, s'il le juge à propos; on ne lui refusera pas même une action.» On peut conclure de là que l'affaire étant consommée ou non, il y a lieu à l'exception et à l'action.

4. Si celui qui a souffert la crainte ne veut point se servir de l'action proposée en pareil cas, on lui donnera, s'il le juge à propos,

propos, une action réelle ou une action personnelle en annulant la quittance qu'il a donnée ou toute autre espèce de libération qu'il auroit pu faire.

5. Julien, au livre trois du Digeste, pense que celui à qui on a donné une chose par crainte est obligé non-seulement à la rendre, mais encore à répondre du dol qu'il auroit pu commettre.

6. Quoique nous pensons que celui qui a donné une chose par violence à une action réelle pour la revendiquer, par la raison qu'il n'en a pas perdu le domaine, on pourroit cependant dire avec raison que s'il a intenté l'action au quadruple, qui a lieu dans ce cas, l'action réelle est éteinte.

7. La restitution qui a lieu en vertu de l'édit, doit se faire par l'office du juge en entier, de sorte que la chose donnée par violence soit rendue, et qu'on donne caution d'indemniser le maître du dol qu'on auroit pu commettre, afin que la chose ne soit pas rendue dans un mauvais état. Et si le débiteur a trouvé le moyen de se faire décharger de son obligation par une quittance, l'obligation sera remise en son premier état; en sorte même que Julien, au livre quatre du Digeste, est d'avis que s'il s'agit d'une dette qu'on s'est fait remettre par violence et qu'on ne veuille point la payer ou répondre en justice sur l'ancienne obligation, on doit être condamné au quadruple. De même si je me suis obligé envers quelqu'un par violence, il doit me donner quittance de l'obligation. Si j'ai perdu par violence un usufruit ou d'autres servitudes qui m'appartenoient, on doit me les rendre.

8. Cette action est réelle; elle n'est point donnée pour punir celui qui a fait la violence, mais elle rétablit envers et contre tous ce qui a été fait par crainte. Delà Marcellus a eu raison de noter cette décision de Julien, qui pensoit que si un répondant avoit usé de violence pour se faire remettre son obligation, on n'avoit plus action contre le principal obligé, mais que le répondant devoit être condamné au quadruple, à moins qu'il ne cédât son action contre le principal obligé. Le sentiment de Marcellus est plus sûr. Il pense que cette action peut être aussi intentée contre le principal obligé, par la raison qu'elle est réelle.

Tome I.

§. 5. Julianus libro tertio Digestorum putat eum cui res metus causa tradita est, non solum reddere, verum et de dolo repromittere debere.

De re reddenda, et doli re promissione.

§. 6. Licet tamen in rem actionem dandam existimemus, quia res in bonis est ejus qui vim passus est; verum non sine ratione dicetur, si in quadruplum quis egerit, finiri in rem actionem, vel contra.

De concursu hujus actionis, et rei vindicationis.

§. 7. Ex hoc edicto restitutio talis faciendâ est, id est, in integrum officio judicis, ut, si per vim res tradita est, retradatur, et de dolo (sicut dictum est) re promittatur, ne sortè deterior res sit facta. Et, si acceptilatione liberatio intervenit, restituenda erit in pristinum statum obligatio: usque adeò, ut Julianus scribat libro quarto Digestorum, si pecunia debita fuit, quæ accepta per vim facta est, nisi vel solvatur, vel restituta obligatione judicium accipiatur, quadruplo eum condemnandum. Sed et si per vim stipulanti promiserit, stipulatio accepto faciendâ erit. Sed et si ususfructus, vel servitudes amissæ sunt, restituendæ erunt.

Qualis restitutio sit.

§. 8. Cùm autem hæc actio in rem sit scripta, nec personam vim facientis coercet, sed adversus omnes restitui velit quod metus causa factum est; non immeritò Julianus à Marcello notatus est scribens, si fidejussor vim intulit, ut accepto liberetur; in reum non esse restituendam actionem, sed fidejussorem, nisi adversus reum quoque actionem restituat, debere in quadruplum condemnari. Sed est verius, quod Marcellus notat, etiam adversus reum competere hanc actionem, cùm in rem sit scripta.

De vi illata à fidejussore;

10. *Gaius lib. 4. ad Edictum provinciale.*

Vel à debitore.

Illud verum est, si ex facto debitoris metum adhibentis fidejussores acceptilatione liberati sunt, etiam adversus fidejussores agi posse, ut se reponant in obligationem.

§. 1. Si metu à te coactus acceptam tibi stipulationem fecerim; arbitratus judicis apud quem ex hoc edicto agitur, non solum illud continetur, ut in tua persona redintegretur obligatio; sed ut fidejussores quoque vel eosdem, vel alios non minus idoneos adhibeas: præterea ut et pignora quæ dederas, in eandem causam restituas.

11. *Paulus lib. 4. Juliani Digestorum notat.*

Vel ab alio.

Si quis alius sine malitia fidejussoris, ut fidejussori accepto fieret, vim fecit; non tenebitur fidejussor, ut rei quoque obligationem restituat.

12. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

De fructibus et omni causa.

Sed et partus ancillarum, et foetus pecorum, et fructus restitui, et omnem causam oportet: nec solum eos qui percepti sunt, verum si plus ego percipere potui, et per metum impeditus sum, hoc quoque præstabit.

Si is qui vim fecit, vim passus est.

§. 1. Quæri poterit, an etiam ei qui vim fecerat, passus vim restitui prætor velit per hoc edictum ea quæ alienavit? Et Pomponius scribit libro vicesimooctavo, non oportere ei prætorem opem ferre. *Nam cum liceat, inquit, vim vi repellere, quod fecit, passus est:* quare si metu te coegerit sibi promittere, mox ego eum coegero metu te accepto liberare; nihil esse quod ei restituatur.

Si debitor metus solverit.

§. 2. Julianus ait eum qui vim adhibuit debitori suo ut ei solveret, hoc edicto non teneri, propter naturam metus causa actionis, quæ damnum exigit: quamvis negari non possit in Julianam eum de vi incidisse, et jus crediti amisisse.

13. *Callistratus lib. 5. de Cognitionibus.*

Qui per vim

Exstat enim decretum divi Marci, in

10. *Gaius au liv. 4. sur l'Edit provinciale.*

Il est vrai de dire que si les répondans se trouvent libérés par le fait du principal débiteur qui a commis la violence, il y a action contre eux pour les obliger à reprendre leur place dans l'obligation.

1. Si je vous ai remis votre obligation par violence, le devoir du juge qui en connoitra ne se bornera point à rétablir l'obligation dans votre personne; vous serez en outre condamné à me fournir les mêmes répondans ou d'autres également solvables, et à me rendre les gages que vous m'aviez donnés pour la sûreté de cette obligation.

11. *Paul, au liv. 4. du Digeste de Julien, remarque :*

Si un particulier fait violence au créancier pour le forcer à remettre l'obligation du répondant, sans que ce dernier ait part à la violence, le répondant ne sera point tenu de rétablir l'obligation du principal débiteur.

12. *Ulpien au liv. 11. sur l'Edit.*

Celui qui s'est fait donner par violence un esclave, un troupeau, une terre, doit en rendre les enfans, le croît, les fruits, et tout ce qui en dépend. Il rendra non-seulement les fruits perçus, mais même ceux qu'il aurois pu percevoir si la violence qu'il m'a faite ne m'en eût empêché.

1. On pourroit demander si celui qui s'est fait donner une chose par violence, ayant été forcé ensuite à la rendre par violence, peut recourir à l'édit. Pomponius, au livre vingt-huit, est d'avis que le prêteur ne doit point venir à son secours; car, comme il est permis de repousser la force par la force, il a souffert le même traitement qu'il avoit fait. Ainsi, si quelqu'un vous force à lui faire une promesse et que je l'oblige à vous en donner quittance, il ne peut point demander à être restitué.

2. Julien dit que si un créancier fait violence à son débiteur pour en être payé, il n'y a point lieu à l'édit dont nous parlons; parce la crainte dont il s'agit ici doit être de nature à renfermer un tort fait à quelqu'un. Ce créancier est sans contredit dans le cas de la loi Julia portée contre la violence, et il perd sa créance.

13. *Callistrate au liv. 5. des Juridictions.*

Il y a en effet un rescrit de l'empereur

Marc-Aurèle, conçu en ces termes : « Si vous avez quelque demande à former, vous n'avez point de meilleur parti à prendre que d'intenter votre action. Marcien disoit : je n'ai point fait de violence. L'empereur répond : pensez-vous donc qu'on ne se rende coupable de violence que quand on a blessé quelqu'un ? C'est une violence que de ne point se servir des voies de la justice pour demander ce qu'on se croit dû. Ainsi toutes les fois qu'il se présentera un créancier qui aura reçu et qui possédera par violence quelque bien de son débiteur ou même la somme qui lui est due, sans qu'elle lui ait été donnée par le débiteur et sans l'autorité du juge, et qui se sera attribué un droit sur ces choses, il perdra sa créance ».

14. *Ulpian au liv. II. sur l'Édit.*

Si vous aviez de moi une obligation que je pouvois rendre nulle par une exception perpétuelle, et que je vous aie forcé à me la remettre, l'édit n'a pas lieu ; parce que je ne vous fais point de tort.

1. Le prêteur promet de condamner au quadruple celui qui ne voudra pas rendre ce qu'il se sera fait donner par violence. Le quadruple doit s'entendre eu égard à tout ce qu'on a dû rendre. Le prêteur a assez d'indulgence pour le défendeur, en lui laissant la facilité de rendre s'il veut éviter la peine. Après l'année écoulée il ne promet plus l'action qu'au simple ; il ne l'accorde pas toujours, mais seulement en connoissance de cause.

2. Dans l'examen que fait le prêteur, il a soin de ne donner cette action qu'au défaut de toute autre ; et lorsque le tort fait par violence est prescrit par le laps de l'année (ce qui doit s'entendre de l'année utile), il faut avoir une raison suffisante pour obtenir cette action après l'année. Voici comment on pourroit avoir une autre action : par exemple, si celui à qui la violence a été faite est mort, son héritier a contre celui qui s'est fait donner par violence, l'action de la demande en succession, parce qu'il ne possède la chose donnée de cette manière qu'à titre de possesseur. Ainsi l'héritier n'aura point l'action qui descend de la violence ; au lieu que, si on accordoit l'action dont il est ici question, l'héritier auroit le quadruple dans l'année. Ce qui fait que cette

hæc verba : optimum est, ut si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris. Cùm Marcianus diceret, vim nullam feci : Cæsar dixit, tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur ? vis est et tunc, quotiens quis id quod deberi sibi putat, non per judicem reposcit. Quisquis igitur probatus mihi fuerit rem ullam debitoris, vel pecuniam debitam non ab ipso sibi sponte datam, sine ullo iudice temerè possidere, vel accepisse, isque sibi jus in eam rem dixisse ; jus crediti non habebit.

extorquet, quod sibi debetur, jus crediti amittit.

14. *Ulpianus lib. II. ad Edictum.*

Item si cùm exceptione adversus te perpetua tutus essem, coëgero te acceptum mihi facere, cessare hoc edictum : quia nihil tibi abest.

Si exceptione tutus acceptilationem extorserit

§. 1. *Si quis non restituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplabitur autem omne quodcumque restitui oportuit. Satis clementer cum reo prætor egit, ut daret ei restituenti facultatem, si vult pœnam evitare. Post annum verò in simplum actionem pollicetur : sed non semper, sed causa cognita.*

De quadruple, et simpli, et cause cognitione

§. 2. *In causæ autem cognitione versatur, ut si alia actio non sit, tunc hæc datur : et sanè cùm per metum facta injuria anno et quidem utili exoleverit ; idonea esse causa debet, ut post annum actio hæc dari debeat. Alia autem actio esse sic potest : si is cui vis admissa est, decesserit ; heres ejus habet hereditatis petitionem ; quoniam pro possessore qui vim intulit possidet : propter quod heredi non erit metus causa actio : quanvis si annus largiretur, etiam heres in quadruplum experiri possit. Ideo autem successoribus datur, quoniam et rei habet persecutionem.*

Qui tenentur
hac actione, et
quid probandum
sit ab actore.

§. 3. In hac actione non quaeritur, utrum is qui convenitur, an alius metum fecit : sufficit enim hoc docere, metum sibi illatum, vel vim : et ex hac re eum qui convenitur, et si crimine caret, lucrum tamen sensisse : nam cum metus habeat in se ignorantiam, merito quis non adstringitur, ut designet quis ei metum vel vim adhibuit : et ideo ad hoc tantum actor adstringitur, ut doceat metum in causa fuisse, ut alicui acceptam pecuniam faceret, vel rem traderet, vel quid aliud faceret. Nec cuiquam iniquum videtur, ex alieno quodammodo in quadruplum condemnari : quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur.

Natura hujus
actionis.

§. 4. Hæc autem actio cum arbitraria sit, habet reus licentiam, usque ad sententiam ab arbitro datam, restitutionem, secundum quod supra diximus, rei facere : quod si non fecerit, jure meritoque quadrupli condemnationem patietur.

De eo qui vim
admisit, et eo ad
quem res pervenit,
et servo qui
in fuga est.

§. 5. Aliquando tamen, etsi metus adhibitus proponatur, arbitrium absolutionem adfert : quid enim, si metum quidem Titius adhibuit me non conscio, res autem ad me pervenit, et hæc in rebus humanis non est sine dolo malo meo, nonne iudicis officio absolvar ? aut si servus in fuga est ? æque si cavero iudicis officio me, si in meam potestatem pervenerit, restitutum, absolvi debebo. Unde quidam putant, bona fide emptorem ab eo qui vim intulit, comparantem non teneri : nec eum, qui dono accepit, vel cui res legata est. Sed rectissime Viviano videtur, etiam hos teneri : ne metus quem passus sum, mihi captiosus sit. Pedius quoque libro octavo scribit, arbitrium iudicis in restituenda re tale esse, ut eum quidem qui vim admisit, jubeat restituere, etiamsi ad alium res pervenit : eum autem ad quem pervenit, etiamsi alius metum fecit : nam in alterius præmium verti alienum metum non oportet.

action est accordée aux héritiers, c'est qu'elle renferme la poursuite de la chose.

3. Dans cette action on ne cherche point si la violence a été faite par celui qu'on attaque ou par un autre ; il suffit qu'on prouve que la violence a été faite, et que celui qu'on attaque, quoiqu'innocent, en a tiré quelque avantage : car, comme la peur cause du trouble dans l'esprit, c'est avec raison que celui qui se plaint n'est point obligé de désigner celui qui lui a fait violence ; il suffit qu'il prouve que la peur qu'on lui a faite l'a mis dans le cas de remettre à quelqu'un sa dette, de donner ou de faire quelque chose. Et il ne doit pas paroître injuste qu'on soit condamné au quadruple pour le fait d'un autre ; parce que l'action au quadruple n'a pas lieu à l'instant, mais seulement lorsqu'on ne veut pas remettre les choses dans leur premier état.

4. Comme cette action est arbitraire (c'est-à-dire, qu'on ordonne d'abord la restitution de la chose, et qu'on ne prononce la condamnation que faute de restituer), le défendeur peut faire la restitution de la chose jusqu'à la sentence qui doit être portée par l'arbitre. S'il ne l'a pas fait avant ce temps, il subira justement la peine du quadruple.

5. Quelquefois cependant l'arbitre doit absoudre, quoiqu'on propose que la crainte a été employée ; car que doit-on décider si un tiers a employé la crainte à mon insu, pour se faire livrer une chose qu'il m'a transmise ensuite, et qui est perdue depuis sans mauvaise foi de ma part ? Le juge ne doit-il pas me renvoyer absous ? Il en seroit de même s'il s'agissoit d'un esclave qui eût pris la fuite ; le juge alors me fera donner caution de rendre l'esclave s'il revient en mon pouvoir. C'est ce qui a fait penser à quelques-uns qu'un acheteur de bonne foi, qui tient la chose de celui qui a exercé la violence, n'est point tenu par cette action. Mais Vivianus pense avec raison qu'il en est tenu ; autrement la violence qu'on a exercée contre moi me feroit tort. Pédias, au livre huit, écrit que le devoir du juge qui a à prononcer sur cette action, est de condamner à la restitution celui qui a exercé la violence, quoique la chose soit passée en d'autres mains, et celui entre les mains de qui la chose se trouve, quoique la violence ait été exercée

par un autre ; par la raison que la violence exercée par quelqu'un ne doit point tourner au profit d'un autre.

6. Labéon écrit : si on a exercé la violence contre quelqu'un pour le constituer débiteur, et qu'il ait donné un répondant qui étoit de bonne volonté, le débiteur et le répondant seront libérés par cette action. Il en seroit autrement si le répondant seul avoit souffert la violence pour accéder à l'obligation du débiteur ; il n'y auroit que le répondant qui jouiroit de l'effet de l'action dont nous parlons.

7. La condamnation au quadruple comprend le quadruple de tous les intérêts du demandeur, c'est-à-dire, des fruits et de tous les accessoires.

8. Si on force quelqu'un de promettre qu'il se présentera en justice, et que celui-ci donne par la suite un répondant, l'un et l'autre seront libérés.

9. Si celui qui s'est fait faire une obligation par force a été condamné au quadruple, faute par lui de vouloir donner quittance, il peut agir ensuite pour se faire rendre le contenu en l'obligation ; et si on lui oppose la nullité de l'obligation, Julien pense qu'il pourra répliquer que le simple étoit contenu dans le quadruple. Mais Labéon pensoit au contraire qu'on pouvoit lui opposer efficacement la nullité de l'obligation, ce qui peut paroître trop dur ; en sorte qu'il est plus juste qu'il paye le triple à titre de peine, et que pour le reste il soit forcé à donner quittance de l'obligation.

10. Quand on dit que le simple est contenu dans le quadruple, cela doit s'entendre de manière que la chose reçue par violence est contenue dans le quadruple, et par conséquent censée restituée ; en sorte que la peine est bornée au triple.

11. Si l'esclave dont il s'agissoit au procès vient à mourir sans mauvaise foi de la part de celui qui avoit été condamné au quadruple pour sa violence, il sera déchargé de la condamnation en ce qui concerne la restitution de la chose, si l'esclave est mort dans le délai accordé pour satisfaire au jugement, parce qu'il est forcé à payer le triple en punition de son crime. Si l'esclave est en fuite, on forcera celui qui aura été condamné à le poursuivre et à le rendre ; et

§. 6. Labeo ait : si quis per metum reus sit constitutus, et fidejussorem volentem dederit ; et ipse, et fidejussor liberatur : si solus fidejussor metu accessit, non etiam reus, solus fidejussor liberabitur.

De reo et fidejussoribus.

§. 7. Quadruplatur autem id, quanti ea res erit, id est, cum fructibus et omni causa.

Quid quadruplatur.

§. 8. Si quis per vim sisti promittendo, postea fidejussorem adhibeat ; is quoque liberatur.

De eo qui sisti promissit, et fidejussore.

§. 9. Sed et si quis per vim stipulatus, cum acceptum non faceret, fuerit in quadruplum condemnatus ; ex stipulatu eum agentem, adversus exceptionem replicatione adjuvari Julianus putat : cum in quadruplo et simplum sit reus consecutus. Labeo autem etiam post quadrupli actionem nihilominus exceptione summovendum eum qui vim intulit, dicebat : quod cum durum videbatur, ita temperandum est, ut tam tripli condemnatione plectatur, quam acceptilationem omnimodò facere compellatur.

De stipulatione per vim extorta.

§. 10. Quatenus autem diximus, quadruplo simplum inesse, sic hoc disponendum est, ut in condemnatione quadrupli res quidem omnimodò contineatur, et ejus restitutio fiat : pœnæ autem usque ad triplum stetur.

Quadruplum quomodo accipitur.

§. 11. Quid si homo sine dolo malo et culpa ejus qui vim intulit et condemnatus est, perit ? in hoc casu à rei condemnatione ideo relaxabitur, si intra tempora judicati actionis moriatur, quia tripli pœna propter facinus satisfacere cogitur. Pro eo autem qui in fuga esse dicitur, cautio ab eo extorquenda est, quatenus et persequatur, et omnimodò eum restituat : et nihilominus in rem, vel ad exhibendum, vel si qua alia ei competit actio ad eum reci-

Si servus vi ablatu perealet vel fugiat.

picendum, integra ei qui vim passus est, servabitur: ita ut si dominus eum quoquo modo receperit, is qui ex stipulatione convenitur, exceptione tutus fiat. Hæc si post condemnationem: si autem ante sententiam homo sine dolo malo et culpa mortuus fuerit, tenebitur. Et hoc fit his verbis edicti: *neque ea res arbitrio iudicis restituetur*. Ergo si in fuga sit servus sine dolo malo et culpa ejus cum quo agetur; cavendum esse per iudicem, ut eum servum persecutus reddat. Sed et si non culpa ab eo quo cum agitur, aberit; si tamen peritura res non fuit, si metum non adhibuisset, tenebitur reus: sicut in interdicto *unde vi*, vel *quod vi aut clam* observatur. Itaque interdum hominis mortui pretium recipit, qui eum venditurus fuit, si vim passus non esset.

De furto.

§. 12. Qui vim intulit, cum possessionem à me sit consecutus, fur non est: quamvis qui vi rapuit, fur improbius esse videatur, ut Juliano placet.

De concursu hujus et de dolo actionis.

§. 15. Eum qui metum fecit, et de dolo teneri certum est (et ita Pomponius): et consumi alteram actionem per alteram exceptione in factum opposita.

Quid quadrupli.

§. 14. Julianus ait, quod interest, quadrupli solum; et ideo eum qui ex causa fideicommissi quadraginta debebat, si trecenta promiserit per vim, et solverit, ducentorum sexaginta quadruplum consecuturum: in his enim cum effectu vim passus est.

Quatenus plures tenentur.

§. 15. Secundum hæc, si plures metum adhibuerint, et unus fuerit conventus;

néanmoins celui qui a souffert la violence, conservera en entier toutes les actions qui pouvoient appartenir à l'autre pour se faire rendre l'esclave fugitif: de manière que si on vouloit agir contre le condamné en vertu de sa caution, après que l'esclave seroit revenu sous la puissance de son maître, il pourroit se défendre par une exception. Tout ceci a lieu après la condamnation. Mais si l'esclave étoit mort avant la sentence sans mauvaise foi de la part de celui qui a exercé la violence, il seroit tenu de la restitution de la chose en vertu de ces paroles de l'édit: « Si la chose n'est point restituée lorsque le juge l'aura ordonné ». De sorte que si l'esclave est en fuite sans la faute ou la mauvaise foi du défendeur, le juge le condamnera à donner caution qu'il en fera la poursuite et qu'il le rendra. En supposant même que l'esclave ait pris la fuite sans la faute du défendeur (si cependant la violence qu'il a exercée a donné lieu à cette fuite), il sera tenu, comme on l'observe dans les interdits établis contre ceux qui possèdent par violence ou clandestinement. Ainsi, dans le cas où celui qui a souffert la violence auroit eu intention de vendre son esclave si on ne le lui eût pas enlevé par violence, il en recevra le prix si cet esclave vient à mourir.

12. Celui qui m'a forcé à lui livrer ma chose, n'est point un voleur, parce qu'il tient la possession de moi; quoique, suivant Julien, celui qui enlève une chose avec violence soit un voleur plus criminel.

13. Il est certain que celui qui a exercé la violence est aussi tenu de l'action du dol; mais l'une des deux actions éteint l'autre, suivant Pomponius, et celui qui a été condamné sur l'une peut opposer une exception si on veut intenter l'autre contre lui.

14. Julien dit qu'on ne condamne au quadruple que de ce qui forme le véritable intérêt du demandeur; par exemple, si quelqu'un étoit obligé de donner quarante en vertu d'un fideicommiss, et qu'on lui fit promettre et payer trois cents par force, il recevra le quadruple des deux cent soixante qu'il a payés de plus; car ce n'est qu'à l'égard de cette dernière somme qu'il a effectivement souffert quelque violence.

15. D'après ces principes, lorsque la violence a été exercée par plusieurs, et qu'il n'y

en a eu qu'un d'actionné, si celui-ci rend volontairement la chose avant la sentence, tous sont libérés. On peut dire aussi que, si faute d'avoir rendu il a payé le quadruple auquel il a été condamné, l'action qui peut être intentée pour raison de la crainte cesse à l'égard des autres;

15. *Paul au liv. 11. sur l'Edit.*

Ou on aura action contre les autres pour leur faire payer ce qu'on n'aura pu retirer de celui qu'on a actionné.

16. *Ulpian au liv. 11. sur l'Edit.*

Ce qu'on vient de dire du cas où plusieurs auroient exercé la violence, doit être étendu à celui où la chose seroit parvenue à un autre que celui qui a employé la violence.

1. Si la violence a été exercée par des esclaves, on aura à leur égard l'action noxale. On pourra actionner leur maître à qui la chose sera parvenue, et s'il rend la chose, ou qu'il paie le quadruple (suivant ce qui a été dit ci-dessus), les esclaves seront libérés. Si on exerce contre lui l'action noxale, et qu'il préfère d'abandonner ses esclaves, on pourra encore le faire condamner à la restitution de la chose si elle lui est parvenue.

2. Cette action passe aux héritiers et aux autres successeurs, parce qu'elle renferme la revendication de la chose. Mais elle n'est donnée contre les héritiers et contre les autres que jusqu'à concurrence de ce qui leur est parvenu, et avec raison; car, quoique les actions pénales ne passent pas contre les héritiers, il seroit cependant injuste, suivant un rescrit des empereurs, qu'ils profitassent d'une chose que le défunt a acquise par des voies honteuses et criminelles.

17. *Paul au liv. 1. des Questions.*

Examinons si, dans le cas où l'héritier auroit consommé ce qui lui seroit parvenu de la chose livrée par crainte, il cesseroit d'être tenu, ou s'il suffit que la chose lui soit parvenue. S'il est mort après avoir consommé la chose, donnera-t-on l'action contre son héritier comme étant chargé de toutes les obligations contractées par le défunt, ou la refusera-t-on contre lui par la raison qu'il ne lui est rien parvenu de la chose? Il est plus juste de décider que l'action est donnée absolument contre l'héritier de l'héritier. En effet il suffit que la chose soit parvenue au premier héritier, de ce moment l'action est perpétuelle;

siquidem sponte rem ante sententiam restituerit, omnes liberali sunt. Sed et si id non fecerit, sed ex sententia quadruplum restituerit, verius est, etiam sic perimī adversus cæteros metus causa actionem.

15. *Paulus lib. 11. ad Edictum.*

Aut in id dabitur adversus cæteros actio, quod minus ab illo exactum sit.

16. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

Quod diximus, si plures metum admiserunt; idem dicendum erit, et si ad aliam res pervenit, alter metum adhibuit.

§. 1. Sed si servi metum adhibuerint, noxalis quidem actio ipsorum nomine erit: poterit autem quis dominam ad quem res pervenerit, convenire: qui conventus sive rem, sive (secundum quod jam dictum est) quadruplum præstiterit, proderit et servis. Si verò noxali conventus, mafuerit noxæ dedere, nihilominus ipse poterit conveniri, si ad eum res pervenit.

Si servi metum adhibuerint.

1. Si vous avez cherché à me persuader qu'il n'y avoit aucune société entre vous et le défunt auquel je succède, et qu'en conséquence j'aie souffert que vous fussiez déchargé en justice de la condamnation que j'avois droit d'exiger contre vous à cet égard, Julien pense que j'aurai contre vous l'action de la mauvaise foi.

21. *Ulpien au liv. 11. sur l'Edit.*

Si, lorsque je vous ai délégué le serment, et qu'après l'avoir prêté vous avez été déchargé, je viens à prouver que vous avez fait un faux serment, j'aurai contre vous l'action de la mauvaise foi ; mais Pomponius est d'avis que le serment a force de transaction : c'est aussi le sentiment de Marcellus au livre huit du Digeste ; en effet on doit s'en rapporter au serment.

22. *Paul au liv. 11. sur l'Edit.*

Dans ce cas, on doit se contenter de poursuivre la peine du parjure.

23. *Gaius au liv. 4. sur l'Edit provincial.*

Si un légataire, dont le legs étoit réductible par la loi Falcidia, persuade à l'héritier qui ignore encore les forces de la succession, soit par serment, soit par quelque autre ruse, qu'il y a dans la succession assez de bien pour payer les legs en entier, et que, par cette tromperie, il se soit fait payer le sien en totalité, il y aura lieu contre lui à l'action de la mauvaise foi.

24. *Ulpien au liv. 11. sur l'Edit.*

Si par la mauvaise foi de celui qui défendoit un particulier réclamant la liberté,

la sentence n'a pas été prononcée en faveur de la liberté, l'adversaire présent, je pense qu'il y a sur le champ lieu à l'action de la mauvaise foi; parce qu'une sentence portée en faveur de la liberté n'est point sujette à rétractation.

25. *Paul au liv. 11. sur l'Edit.*

J'avois formé contre vous la demande d'une certaine somme, et j'avois porté cette action en justice. Vous m'avez fait entendre que vous aviez payé cette somme à mon esclave, ou à un homme muni de ma procuration; en conséquence vous avez été de mon consentement acquitté de l'obligation. On demande si j'aurai contre vous l'action de la mauvaise foi. Il est décidé que je ne dois point l'avoir, parce que je peux de nouveau former ma demande; et si vous alléguiez pour défense le jugement rendu en votre faveur, j'ai une réplique contre cette exception.

26. *Gaius au liv. 4. sur l'Edit provincial.*

Le préteur promet de donner cette action contre l'héritier de celui de la mauvaise foi de qui on se plaint, mais jusqu'à concurrence seulement de ce qui sera parvenu à l'héritier, c'est-à-dire, jusqu'à concurrence de ce dont la mauvaise foi du défunt aura augmenté la portion héréditaire;

27. *Paul au liv. 11. sur l'Edit.*

Ou jusqu'à concurrence de ce qui seroit naturellement parvenu à l'héritier, si lui-même n'avoit pas empêché par sa mauvaise foi que cela ne lui parvint.

28. *Gaius au liv. 4. sur l'Edit provincial.*

Ainsi, si vous vous êtes fait de mauvaise foi donner quittance de ce que vous deviez, votre héritier sera actionné pour toute la dette; mais s'il s'agit d'une chose que vous vous êtes fait livrer de mauvaise foi, il y aura action contre votre héritier, supposé que la chose existe; autrement il n'y aura point d'action. Cette action qui passe contre les héritiers est perpétuelle, parce qu'ils ne doivent en aucun cas profiter de la perte d'un autre. On peut dire en conséquence, qu'à l'égard de celui qui est coupable de mauvaise foi, il y a toujours contre lui une action de fait, jusqu'à concurrence de ce dont sa mauvaise foi l'a enrichi.

29. *Ulpien au liv. 11. sur l'Edit.*

Sabin pense que l'action qui est alors donnée contre l'héritier, a pour objet la ré-

quominus præsentè adversario secundùm libertatem pronuncietur, puto statim de dolo dandam in eum actionem: quia semel pro libertate dictam sententiam retractari non oportet.

25. *Paulus lib. 11. ad Edictum.*

Cùm à te pecuniam peterem, eoque nomine judicium acceptum est, falsò mihi persuasisti, *tanquam eam pecuniam servo meo, aut procuratori solvisses*, eoque modo consecutus es, ut consentiente me absolvereris: quærentibus nobis, an in te doli judicium dari debeat, placuit de dolo actionem non dari: quia alio modo mihi succurri potest: nam ex integro agere possum; et, si objiciatur exceptio rei judicatæ, replicatione jure uti poterò.

26. *Gaius lib. 4. ad Edictum provinciale.*

In heredem eatenus daturum se eam actionem proconsul pollicetur, *quatenus ad eum pervenerit*: id est, quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas venerit:

27. *Paulus lib. 11. ad Edictum.*

Dolove malo ejus factum est, quominus pervenerit.

28. *Gaius lib. 4. ad Edictum provinciale.*

Itaque si accepto lata sit tibi pecunia; omnimodò cum herede tuo agetur. At si res tibi tradita sit; si quidem mortuo te, ea res extitit, agetur cum herede tuo: si minus, non agetur. Sed utique in heredem perpetuo dabitur: *quia non debet lucrari ex alieno damno*. Cui conveniens est, ut et in ipso qui dolo commiserit, in id quod locupletior esset, perpetuo danda sit in factum actio.

29. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

Sabinus putat, calculi ratione potius, quàm maleficii heredem conveniri; deni-

Deabsolutione.

De herede. De tempore actionis.

que famosum non fieri : ideoque in perpetuum teneri oportere.

30. *Idem lib. 11. ad Edictum.*

Neque causæ cognitio in heredis persona erit necessaria.

31. *Proculus lib. 2. Epistolarum.*

Cum quis persuaserit familiæ meæ, ut de possessione decedat, possessio quidem non amittitur, sed de dolo malo iudicium in eum competit, si quid damni mihi accesserit.

32. *Scævola lib. 2. Digestorum.*

Filius legatum sibi servum per præceptionem, rogatus manumittere post certum tempus, posteaquam rationes ipsi, et coheredibus fratribus reddidisset; ante diem, et ante redditas rationes, ad libertatem vindicta manumittendo perduxerat. Quæsitum est an ex fideicommisso fratribus tenetur, ut rationes eorum pro portionibus redderet? Respondi, cum liberum fecisset, ex causa quidem fideicommissi non teneri : verum si ideò properasset manumittere, ne rationes fratribus redderet, posse de dolo actionem in eum exercere.

33. *Ulpianus lib. 4. Opinionum.*

Rei quam venalem possessor habebat, litem proprietatis adversarius movere cœpit, et posteaquam opportunitatem emptoris cui venundari potuit peremit, desistit : placuit possessori hoc nomine actionem in factum cum sua indemnitate competere.

34. *Idem lib. 42. ad Sabinum.*

Si cum mihi permisisses saxum ex fundo tuo ejicere, vel cretam, vel arenam fodere, et sumptum in hanc rem fecerim, et non patiaris me tollere ; nulla alia quam de dolo malo actio locum habebit.

35. *Idem lib. 30. ad Edictum.*

Si quis tabulas testamenti apud se de-

formation du cacul, plutôt que la punition d'un délit. Enfin il est d'avis que cette action contre l'héritier n'est point infamante : ce qui la rend perpétuelle.

30. *Le même au liv. 11. sur l'Edit.*

Pour donner cette action contre l'héritier, il n'est pas besoin à son égard de la connoissance de cause.

31. *Proculus au liv. 2. des Lettres.*

Si on engage mes esclaves à abandonner un bien qu'ils possèdent en mon nom, je ne perds point pour cela la possession ; mais si j'ai souffert quelque tort à cette occasion, j'ai l'action de la mauvaise foi contre celui qui en est la cause.

32. *Scévola au liv. 2. du Digeste.*

Un père avoit légué à son fils un esclave par forme de prélegs, et lui avoit ordonné de l'affranchir au bout d'un certain temps, après que l'esclave auroit rendu ses comptes à lui-même et à ses frères, qui étoient ses cohéritiers ; ce fils a affranchi l'esclave solennellement avant le jour indiqué, et avant que l'esclave eût rendu ses comptes. On a demandé s'il étoit obligé, en vertu du fideicommis, de rendre à ses frères le compte que l'esclave leur devoit pour leur portion. J'ai répondu qu'il n'étoit point obligé en vertu du fideicommis envers ses frères, puisqu'il avoit affranchi l'esclave ; mais que, s'il ne s'étoit hâté de l'affranchir que pour empêcher que le compte fût rendu à ses frères, l'action de la mauvaise foi auroit alors lieu contre lui.

33. *Ulpien au liv. 4. des Opinions.*

Un homme étoit en possession d'une chose qu'il vouloit vendre : un autre vient lui en contester la propriété ; et, après lui avoir fait perdre l'occasion qu'il trouvoit de la vendre, il se désiste de sa demande. On a décidé, dans ce cas, que le possesseur auroit contre lui une action de fait pour se procurer son indemnité.

34. *Le même au liv. 42. sur Sabin.*

Après m'avoir permis de tirer de la pierre de votre héritage ou d'y fouiller pour prendre de la craie ou du sable, lorsque j'ai fait des dépenses pour ces entreprises, si vous ne voulez pas me laisser emporter ce que j'en ai tiré, je n'ai d'autre action contre vous que celle de la mauvaise foi.

35. *Le même au liv. 30. sur l'Edit.*

Si le dépositaire d'un testament efface ou

Si persuasum familiæ sit, ut de possessione decedat.

De eo, qui servum ante diem in fraudem coheredum manumissit.

Si quis litem intendens, rei vendendæ opportunitatem peremerit.

Si dominus id, quod ejicere vel fodere permisit, tollere non patiaris.

De tabulis corruptis.

altère de quelque manière que ce soit ce qui y est écrit, après la mort du testateur l'héritier institué aura contre lui l'action de la mauvaise foi. Les légataires auront aussi la même action.

36. *Marcién au liv. 2. des Règles.*

Si deux personnes sont toutes deux de mauvaise foi l'une à l'égard de l'autre, aucune des deux ne pourra intenter l'action de la mauvaise foi.

37. *Ulpien au liv. 44. sur Sabin.*

Quand un vendeur dit quelque chose pour vanter sa marchandise, c'est comme s'il n'avoit rien dit ni rien promis; mais s'il s'étoit ainsi avancé pour tromper l'acheteur, on n'aura point d'action contre lui en conséquence de ce qu'il aura dit ou promis, cependant on aura l'action de la mauvaise foi.

38. *Le même au liv. 5. des Opinions.*

Un débiteur a fait tenir à son créancier une lettre qui paroissoit écrite par Titius, et qui devoit engager le créancier à le libérer. Trompé par cette lettre, le créancier a libéré son débiteur, en changeant son obligation par la stipulation Aquilienne, et après cette libération il s'est aperçu que la lettre étoit fautive ou inutile. Ce créancier aura l'action de la mauvaise foi s'il est majeur de vingt-cinq ans, ou il se fera restituer en entier s'il est mineur.

39. *Gaius au liv. 27. sur l'Édit provincial.*

Titius étant sur le point de revendiquer sa chose sur celui qui la possédoit, vous vous êtes présenté pour qu'il agit contre vous comme si vous étiez véritablement possesseur, dans l'intention de favoriser la prescription que l'autre étoit sur le point d'acquérir, et vous avez donné caution pour l'exécution du jugement. Quoique vous ayez été renvoyé sur la demande de Titius comme ne possédant pas, vous pourrez cependant être actionné à cause de votre mauvaise foi. C'est le sentiment de Sabin.

40. *Furius Anthianus au liv. 11. sur l'Édit.*

Il y a lieu à l'action de la mauvaise foi contre celui qui en a trompé un autre pour lui faire accepter une succession onéreuse, à moins que celui qui s'est servi de cette ruse ne fût le seul créancier de la succession; car alors il suffiroit d'opposer à la demande qu'il formeroit pour être payé de sa dette, l'exception du dol.

positas, post mortem testatoris delevit, vel alio modo corruperit; heres scriptus habebit adversus eum actionem de dolo. Sed et his, quibus legata data sunt, danda erit de dolo actio.

36. *Marcianus lib. 2. Regularum.*

Si duo dolo malo fecerint, invicem de dolo non agent.

De compensatione doli.

37. *Ulpianus lib. 44. ad Sabinum.*

Quod venditor, ut commendat dicit, sic habendum, quasi neque dictum, neque promissum est: si verò decipiendi emptoris causa dictum est, æque sic habendum est, ut non nascatur adversus dictum, promissumve actio, sed de dolo actio.

De venditore rem laudante.

38. *Idem lib. 5. Opinionum.*

Quidam debitor epistolam quasi à Titio mitti creditori suo effecit, ut ipse liberetur: hac epistola creditor deceptus, Aquiliana stipulatione, et acceptilatione liberavit debitorem: postea epistola falsa vel inani reperta, creditor major quidem annis vigintiquinque de dolo habebit actionem: minor autem in integrum restituetur.

De liberatione.

39. *Gaius lib. 27. ad Edictum provinciale.*

Si te Titio obtuleris de ea re, quam non possidebas, in hoc ut alius usucapiat, et *judicatum solvi* satisdederis; quamvis absolutus sis, de dolo malo tamen teneberis: et ita Sabinus placet.

Si quis dolo se judicio obtulerit

40. *Furius Anthianus lib. 11. ad Edictum.*

Is qui deceptit aliquem, ut hereditatem non idoneam adiret, de dolo tenebitur: nisi fortasse ipse creditor erat et solus erat: tunc enim sufficit contra eum doli mali exceptio.

De aditione hereditatis.

TITULUS IV.

DE MINORIBUS

VICINTIQUINQUE ANNIS.

1. *Ulpianus lib. 11. ad Edictum.*

Ratio et verba
edicti.

HOC edictum prætor naturalem æquitatem secutus proposuit : quo tutelam minorum suscepit : nam cum inter omnes constet, fragile esse et infirmum hujusmodi ætatum consilium, et multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum ; auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus est, et adversus captiones opitulationem.

§. 1. Prætor edicit : *Quod cum minore quam viginti quinque annis natu gestum esse dicetur, uti quæque res erit, animadvertam.*

§. 2. Apparet minoribus annis viginti quinque eum opem polliceri : nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat.

De rerum
administratione
minoribus non
committenda.

§. 3. Et idè hodie in hanc usque ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur : nec ante rei suæ administratio eis committi debet, quamvis benè rem suam gerentibus.

2. *Idem lib. 19. ad Legem Juliam et Papiam.*

Nec per liberos suos rem suam maturius à curatoribus recipiat : quod enim legibus cavetur, *ut singuli anni per singulos liberos demittantur* ; ad honores pertinere divus Severus ait, non ad rem suam recipiendam.

3. *Idem lib. 11. ad Edictum.*

Denique divus Severus, et imperator posterus hujusmodi consulum vel præsidum decreta quasi ambitiosa esse interpretati sunt : ipsi autem perrarè minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt : et eodem jure utimur,

Utrum initium
negotii cum mi-
nore contracti
spectetur, an fi-
nis.

§. 1. Si quis cum minore contraxerit, et contractus inciderit in tempus quo major efficitur ; utrum initium spectamus, an finem ?

TITRE IV.

DES MINEURS

DE VINGT-CINQ ANS.

1. *Ulpian au liv. 11. sur l'Edit.*

PAR cet édit, où le préteur a suivi l'équité naturelle, il prend les mineurs sous sa protection ; car, comme on sait que cet âge est foible, exposé aux embûches et aux tromperies, le préteur a cru devoir offrir son secours aux mineurs,

1. Voici les termes de l'édit : « Lorsqu'on aura fait quelque affaire avec un mineur de vingt-cinq ans, j'examinerai comment tout se sera passé. »

2. On voit que le préteur n'a en vue que les mineurs de vingt-cinq ans ; car, après cet âge, l'homme a acquis une force suffisante pour se conduire.

3. C'est pour cela que les mineurs ont aujourd'hui des curateurs jusqu'à cet âge, et on ne doit pas leur confier autrement la libre administration de leurs biens, quoiqu'ils soient capables de les bien gérer.

2. *Le même au liv. 19. sur la Loi Julia et Papia.*

Quand le mineur auroit des enfans, il n'en seroit pas plutôt hors de curatelle ; car, lorsque les lois ont décidé que chaque donneroit à un mineur dispense d'une année, l'empereur Sévère a déclaré qu'elles avoient eu en vue les charges dont un mineur pourroit être revêtu, et non pas l'administration des biens.

3. *Le même au liv. 11. sur l'Edit.*

Enfin les empereurs Sévère et Caracalla ont regardé comme contraires aux lois les décrets par lesquels les consuls ou les présidens permettoient à un mineur de gérer ses biens sans curateur. Il n'y a que le prince qui ait le droit d'accorder extraordinairement cette grace, et il le fait très-rarement. Tel est aujourd'hui notre usage.

1. Lorsqu'on a contracté avec un mineur, et que le jour de l'exécution du contrat tombe au temps où il est parvenu à sa majorité.

rité, doit-on, pour juger de sa validité, en considérer le commencement ou la fin? Il est établi (et c'est mon avis) que si le mineur, parvenu à sa majorité, ratifie ce qu'il a fait, il n'y a plus lieu à la restitution. C'est ce qui a donné lieu à Celse, au livre onze de ses lettres, et au livre second du Digeste, de proposer cette question, sur laquelle il avoit été consulté par le préteur Flavius Rescriptus: Un mineur de vingt-cinq ans, qui étoit peut-être dans sa vingt-quatrième année, avoit intenté l'action de tutelle contre l'héritier de son tuteur; ensuite le mineur étant parvenu à sa majorité avant la fin du procès, l'héritier du tuteur obtint un jugement qui le renvoyoit absous sur la demande formée contre lui. Le mineur demandoit à être restitué en entier contre ce jugement. Celse donna cet avis au préteur: qu'il ne falloit point aisément se déterminer à accorder à ce mineur la restitution en entier, et qu'on ne devoit lui faire cette grace que dans le cas où il seroit prouvé que l'adversaire s'étoit conduit ainsi par ruse pour se trouver libéré à la majorité; car alors, dit-il, le mineur n'a pas été seulement trompé au jour où le jugement a été rendu, mais toute cette batterie n'a été dressée par l'héritier du tuteur, que pour faire tomber sa libération au temps de la majorité. Au reste, Celse convient que si on n'a point de raison grave pour soupçonner l'héritier du tuteur de cette supercherie, on ne doit point accorder la restitution en entier contre le jugement.

2. Je sais aussi que cette question s'est présentée: Un mineur de vingt-cinq ans s'étoit immiscé dans la succession de son père; après sa majorité il avoit encore exigé quelques sommes des débiteurs; ensuite il demandoit la restitution en entier, afin qu'il lui fût permis de s'abstenir de la succession. Ses adversaires lui opposoient d'avoir approuvé en majorité ce qu'il avoit fait étant mineur. Nous avons cependant été d'avis qu'il devoit être restitué en entier, parce que nous avons eu égard au commencement. Je pense qu'il en seroit de même s'il eût accepté ainsi la succession d'un étranger.

5. Examinons si on doit regarder comme mineur de vingt-cinq ans, à l'effet de le restituer en entier, celui qui est parvenu au

Tome I.

finem? et placet (ut et est constitutum), si quis major factus comprobaverit quod minor gesserat, restitutionem cessare. Unde illud non ineleganter Celsus epistolarum libro undecimo, et Digestorum secundo tractat, ex facto à Flavio Rescripto prætore consultus: minor annis viginti-quinque, annos fortè viginti-quatuor agens, judicium tutelæ heredi tutoris dictaverat: mox factum, ut non finito judicio, jam eo majore effecto viginti-quinque annis, tutoris heres absolutus proponeretur: in integrum restitutio desiderabatur. Celsus igitur Rescripto suavit, non facile hunc quondam minorem in integrum restitui; sed, si ei probaretur, calliditate adversarii id actum, ut majore eo facto liberaretur: neque enim extremo, inquit, judicii die videtur solùm deceptus hic minor; sed totum hoc structum, ut majore eo facto liberaretur. Idem tamen confitetur, si levior sit suspicio adversarii, quasi dolose versati, non debere hunc in integrum restitui.

§. 2. Scio etiam illud aliquando incidisse: minor viginti-quinque annis miscuerat se paternæ hereditati, majorque factus exegerat aliquid à debitoribus paternis, mox desiderabat restitui in integrum, quo magis abstineret paterna hereditate: contradicebatur ei quasi major factus comprobasset, quod minori sibi placuit: putavimus tamen restituendum in integrum, initio inspecto. Idem puto, et si alienam adiit hereditatem.

§. 3. Minorem autem viginti-quinque annis natu, videndum, an etiam diem natalis sui adhuc dicimus, ante horam qua

Minor quis dicitur.

natus est, ut, si captus sit, restituatur : et, cum nondum compleverit, ita erit dicendum, ut à momento in momentum tempus spectetur. Proinde et si bissexto natus est, sive priore, sive posteriore die, Celsus scripsit, nihil referre : nam id bidduum pro uno habetur, et posterior dies kalendarum intercalatur.

De filiofamili-
as iunore.

§. 4. Sed utrum solis patribus familiarum, an etiam filiis familiarum succurri debeat, videndum : movet dubitationem, quod, si quis dixerit etiam filiis familiarum in re peculiari subveniendum, efficiet, ut per eos etiam majoribus subveniatur, id est, patribus eorum ; quod nequaquam fuit prætori propositum : prætor enim minoribus auxilium promisit, non majoribus. Ego autem verissimam arbitrator sententiam existimantium, filium familias minorem annis in integrum restitui posse ex his solis causis, quæ ipsius intersint, putà si sit obligatus. Proinde si jussu patris obligatus sit, pater utique poterit in solidum conveniri : filius autem (cum et ipse possit, vel in potestate manens conveniri, vel etiam emancipatus, vel exheredatus, in id quod facere potest : et quidem in potestate manens, etiam invito patre ex condemnatione conveniri) auxilium impetrare debet, si ipse conveniatur. Sed an hoc auxilium patri quoque prosit, ut solet interdum fidejussori ejus prodesse, videamus : et non puto profuturum. Si igitur filius conveniatur, postulet auxilium : si patrem conveniat creditor, auxilium cessat, excepta mutui datione : in hac enim, si jussu patris mutuum pecuniam accepit, non adjuvatur. Proinde et si sine jussu patris contraxit, et captus est ; si quidem pater de peculio conveniatur, filius non erit restituendus : si filius conveniatur, poterit restitui. Nec eo movemur, quasi intersit filii peculium habere : magis enim patris, quam filii interest : licet aliquo casu ad filium peculium spectet : ut puta si patris ejus bona à fisco propter debitum occupata sunt : nam peculium ei ex constitutione Claudii separatur.

jour de sa naissance, et qui a contracté ce jour là avant l'heure où il étoit né. Comme il n'a pas encore alors ses vingt-cinq ans accomplis, il faut décider en sa faveur, en sorte qu'on compte les momens : ainsi s'il est né dans une année bissextile, au jour du bissexté, Celse écrit qu'il n'importe lequel des deux jours bissextes il sera né, parce que ces deux jours sont comptés pour un seul, attendu qu'il y en a un d'intercalé.

4. Examinons cependant si le secours promis par le prêteur aux mineurs de vingt-cinq ans, n'a lieu qu'à l'égard des pères de famille, et non pas à l'égard des fils de famille. La difficulté consiste en ce que, si nous disons que les fils de famille jouissent aussi de ce privilège par rapport aux affaires de leur pécule, il arrivera que ce privilège passera par eux au profit des majeurs, c'est-à-dire au profit de leurs pères ; et on ne peut pas dire que ce soit là l'intention du prêteur, qui promet son secours aux mineurs et non pas aux majeurs. Pour moi je regarde comme très-bon le sentiment de ceux qui pensent qu'un fils de famille, mineur de vingt-cinq ans, ne peut être restitué en entier que dans les affaires où il a un intérêt personnel ; par exemple, lorsqu'il est obligé. Ainsi, s'il s'est obligé par l'ordre de son père, le père pourra être actionné pour la somme entière. Quant au fils, dans le cas où il seroit actionné (comme il peut l'être même lorsqu'il est sous la puissance paternelle, car alors on peut le faire condamner même malgré son père, et on peut aussi agir contre lui au moins jusqu'à concurrence de ce qu'il peut fournir lorsqu'il est émancipé ou déshérité), il pourra demander la restitution. Examinons si, dans le cas où le fils se sera fait restituer, le père profitera de ce bénéfice, comme il arrive quelquefois à l'égard de celui qui a répondu pour un fils de famille. Je ne pense pas que le père puisse en profiter. Ainsi, si le fils est actionné, il peut demander la restitution ; si le créancier s'adresse au père, la restitution n'aura pas lieu à son profit, excepté en matière de prêt fait à un fils de famille : car si ce fils a emprunté de l'argent par l'ordre de son père, la restitution n'a pas lieu. Conséquemment si le fils a contracté sans l'ordre de son père, et qu'il ait été surpris, il ne sera pas restitué si le créancier

dirige son action contre le père jusqu'à concurrence du pécule, et il jouira de ce bénéfice si le créancier s'adresse à lui. On ne doit pas objecter qu'il est de l'intérêt du fils d'avoir un pécule, car le pécule du fils de famille est encore plus au père qu'au fils, quoique, dans certains cas, le pécule appartienne davantage au fils; par exemple, si le fisc fait saisir les biens d'un père de famille son débiteur, il est certain, d'après l'ordonnance de l'empereur Claude, qu'on sépare des biens saisis le pécule du fils.

5. Ainsi je pense qu'on doit accorder la restitution à une fille de famille qui auroit été trompée dans la constitution de sa dot, soit qu'elle ait promis à son père de lui rendre la dot qu'elle ne recevoit pas dans le moment, ou qu'elle ait fait cette promesse à quelqu'un interposé par le père pour stipuler la restitution de la dot; parce qu'enfin la dot d'une fille peut être regardée comme un patrimoine qui lui est propre.

6. Si un mineur de vingt-cinq ans, qui s'est donné en adrogation, se plaint d'avoir été surpris dans cet acte, supposons, par exemple, qu'un jeune homme riche ait été adrogé par un homme qui avoit intention de le voler, je pense qu'il doit être admis à demander la restitution.

7. Si on avoit fait un legs ou laissé un fidéicommiss à un fils de famille après la mort de son père, et qu'il eût été trompé à cette occasion en consentant, par exemple, que son père fit remise du legs, il pourra demander la restitution, parce qu'on peut dire qu'il a intérêt à cause de l'espérance du legs qui devoit lui appartenir après la mort de son père. De même si on lui avoit légué quelque chose qui étoit attaché à sa personne, comme une place d'officier dans les armées, il pourroit être restitué. En effet, il avoit intérêt de n'être point trompé, puisque ce legs lui appartenoit sans être acquis par lui à son père.

8. Si un fils de famille mineur étoit institué héritier sous cette condition, s'il est émancipé par son père dans trois mois, et qu'il eût négligé d'informer de cette condition son père, qui l'auroit émancipé s'il en eût eu connoissance, il pourra demander la restitution si son père est prêt à l'émanciper.

§. 5. Ergo etiam filiamfamilias in dote captam, dum patri consentit stipulanti, dotem non statim quam dedit, vel adhibenti aliquem qui dotem stipularetur, puto restituendam: quoniam dos ipsius filiae proprium patrimonium est.

§. 6. Si quis minor vintiquinque annis adrogandum se dedit, et in ipsa adrogatione se circumventum dicat (finge enim à prædone eum hominem locupletem adrogatum), dico debere eum audiri in integrum se restituentem.

Si adversus adrogationem,

§. 7. Si quid minori fuerit filiofamilias legatum post mortem patris, vel fideicommissum relictum, et captus est, forte dum consentit patri paciscenti ne legatum peteretur; potest dici, in integrum restituendum: quoniam ipsius interest, propter spem legati, quod ei post mortem patris competit. Sed et si ei legatum sit aliquid quod personæ ejus cohæret, puta jus militiæ, dicendum est, posse eum restitui in integrum: interfuit enim ejus non capi, cum hanc patri non acquireret, sed ipse haberet.

Vel liberationem,

§. 8. Et si heres sit institutus, si à patre in diebus centum sit emancipatus, mox patrem debuerit certiorare, nec fecerit cum posset, qui eum emancipasset, si cognovisset; dicendum erit, posse eum restitui in integrum, parato patre eum emancipare.

Vel negligentiam restitutionem postuletur.

De patre ex persona filii defuncti restituendo.

§. 9. Pomponius adjicit, ex his causis ex quibus in re peculiari filiusfamilias restituuntur, posse et patrem, quasi heredem, nomine filii, post obitum ejus impetrare cognitionem.

De castrensi peculia.

§. 10. Si autem filiusfamilias sit, qui castrense peculium habeat; proculdubio ex his quæ ad castrense peculium spectant, in integrum restituendus erit, quasi in proprio patrimonio captus.

De servo minore, et de majore qui per minorem contraxit.

§. 11. Servus autem minor annis viginti quinque nullo modo restitui poterit: quoniam domini persona spectatur, qui sibi debet imputare, cur minori rem commisit. Quare, et si per impuberem contraxerit, idem erit dicendum, ut et Marcellus libro secundo Digestorum scribit. Et si fortè libera peculii administratio minori servo sit concessa, major dominus ex hac causa non restituetur.

4. Africanus lib. 7. Quæstionum.

Etenim quodcumque servus ita gerit, voluntate domini gerere intelligendus est: et magis hoc apparebit, si aut de institoria actione quæretur, aut si proponatur majorem annis viginti quinque negotium aliquod gerendum minori mandasse, et illum in ea re deceptum esse.

5. Ulpianus lib. 11. ad Edictum.

Si tamen is servus fuit, cui fideicommissaria libertas debebatur præsens, et fuit captus, cum re mora ei fit, poterit dici prætorem ei succurrere oportere.

6. Idem lib. 10. ad Edictum.

Minoribus viginti quinque annis subvenitur per in integrum restitutionem, non solum cum de bonis eorum aliquid minuitur, sed etiam cum intersit ipsorum litibus et sumptibus non vexari.

7. Idem lib. 11. ad Edictum.

Ait prætor, *gestum esse dicitur. Gestum* sic accipimus, qualiter qualiter: sive contractus sit, sive quid aliud contigit.

Si adversus locorum damnationem vel litis et sumptuum vexationem.

Gestum quomodo accipitur.

9. Pomponius ajoute qu'un père peut, après la mort de son fils, demander au nom de son fils, et comme son héritier, la restitution en entier dans les causes où les fils de famille sont restituables relativement à leur pécule.

10. Si le fils de famille a un pécule castrense, il est hors de doute qu'il pourra être restitué contre les actes où il aura été surpris à l'occasion de cette espèce de biens; parce que le pécule castrense forme au fils de famille un patrimoine qui lui est propre.

11. Un esclave mineur de vingt-cinq ans ne pourra jamais obtenir la restitution en entier, parce qu'on considère en lui la personne de son maître, qui doit s'imputer d'avoir confié ses affaires à un mineur. Ainsi il en sera de même s'il s'agit d'une obligation contractée par un esclave impubère, comme le remarque Marcellus au livre second du Digeste; et si un maître majeur accorde à un esclave mineur la libre administration de son pécule, il n'y aura point lieu à la restitution.

4. Africain au liv. 7. des Questions.

En effet, tout ce qu'un esclave fait en pareil cas est censé fait par la volonté du maître, ce qui sera encore plus évident s'il s'agit de l'action provenant de l'obligation d'un esclave préposé à quelque commerce, ou si un maître majeur a chargé d'une affaire son esclave mineur qui s'est laissé tromper.

5. Ulpien au liv. 11. sur l'Édit.

Il faut cependant observer que s'il s'agit ici d'un esclave que le maître étoit obligé d'affranchir présentement en vertu d'un fidéicommis, il pourroit être restitué contre l'acte où il auroit été surpris; parce que son maître est en demeure de lui donner sa liberté.

6. Le même au liv. 10. sur l'Édit.

Les mineurs de vingt-cinq ans ont le bénéfice de la restitution en entier, non-seulement lorsque la surprise dont ils ont à se plaindre leur fait tort dans leurs biens, mais aussi lorsqu'elle les engage dans des procès et dans des dépenses auxquelles ils ont intérêt de se soustraire.

7. Le même au liv. 11. sur l'Édit.

L'édit du préteur porte: « ce qui aura été fait avec le mineur ». Par ces mots, ce qui aura été fait, il faut entendre en gé-

néral toute affaire quelconque, soit qu'il y ait contrat, soit qu'il n'y en ait point.

1. Ainsi si le mineur a été trompé dans un achat, dans une vente, dans une société, dans un emprunt, le prêteur vient à son secours.

2. De même s'il a reçu de l'argent du débiteur de son père ou du sien propre, et qu'il l'ait mal employé, il jouira du même bénéfice, comme s'il s'agissoit d'une affaire faite avec lui. C'est pourquoi si le mineur actionne son débiteur, il doit faire intervenir un curateur pour se faire payer; autrement le débiteur ne peut être forcé à payer. Aujourd'hui (comme le remarque Pomponius au livre vingt-huit), on est dans l'usage de consigner la somme dans un dépôt public, afin d'éviter le double inconvénient qu'il y auroit à charger un débiteur prêt à payer les intérêts de sa dette, ou à mettre le créancier mineur dans le cas de dépenser inutilement son argent. On peut aussi payer aux curateurs s'il y en a. Il est même permis par les ordonnances de forcer le mineur à s'en faire nommer. Si cependant le prêteur ordonnoit que l'argent fût payé au mineur sans l'intervention du curateur, on pourroit douter si le débiteur, qui auroit payé en conséquence du jugement, seroit en sûreté. Je pense que s'il avoit été condamné à faire un pareil paiement après avoir allégué qu'il devoit être fait à un mineur, on ne pourroit rien lui imputer; à moins qu'on ne dise qu'il auroit dû appeler de ce jugement injuste. Mais je crois que le mineur ne seroit point admis par le prêteur au bénéfice de la restitution en entier.

3. Le mineur jouit de ce bénéfice non-seulement quand il est obligé principalement, mais aussi lorsqu'il est intervenu dans les obligations des autres; par exemple, s'il s'est personnellement obligé, ou qu'il ait affecté ses biens en répondant pour un autre. Pomponius paroît approuver la distinction entre le mineur qui a répondu pour un autre et qui a été trouvé caution suffisante par le juge préposé pour examiner les cautions, et le mineur dont la caution a été jugée valable par celui vis-à-vis de qui il contractoit. Pour moi, je pense qu'on doit dans tous les cas venir à son secours, lorsqu'il prouve sa minorité et sa lésion.

§. 1. Proinde si emit aliquid, si vendidit, si societatem coit, si mutuam pecuniam accepit, et captus est; ei succurretur.

Si adversus emptionem, venditionem, societatem, mutuam.

§. 2. Sed et si ei pecunia à debitore paterno soluta sit, vel proprio, et hanc perdidit, dicendum est ei subveniri, quasi *gestum* sit cum eo. Et idè si minor conveniat debitorem, adhibere debet curatores, ut ei solvatur pecunia; cæterum non ei compelletur solvere. Sed hodie solet pecunia in ædem deponi (ut Pomponius libro vicesimo octavo scribit); ne vel debitor ultra usuris oneretur, vel creditor minor perdat pecuniam: aut curatoribus solvi, si sunt. Permittitur etiam ex constitutione principum, debitori, compellere adolescentem ad petendos sibi curatores. Quid tamen si prætor decernat solvendam pecuniam minori sine curatoribus, et solverit? an possit esse securus dubitari potest. Puto autem, si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum: nisi fortè, quasi adversus injuriam appellandum quis ei putet. Sed credo prætorem, hunc minorem in integrum restitui volentem, auditurum non esse.

Solutionem sibi factam.

§. 3. Non solum autem in his ei succurritur, sed etiam in *interventionibus*, ut puta si fidejussorio nomine se, vel rem suam obligavit. Pomponius autem videtur acquiescere distinguendis, arbiter ad fidejussores probandos constitutus enim probavit, an vero ipse adversarius? Mihi autem, semper succurrendum videtur, si minor sit, et se circumventum doceat.

Interventionem.

Judicium.

§. 4. Sed et *in judiciis* subvenitur : sive dum agit, sive dum convenitur, captus sit.

Successionem.

§. 5. Sed et si hereditatem minor adiit minus lucrosam; succurritur ei, *ut se possit abstinere* : nam et hic decéptus est. Idem et in bonorum possessione, vel alia successionem. Non solum autem filius, qui se miscuit paternæ hereditati, sed et si aliquis sit ex necessariis minor annis, simili modo restitutionem impetrabit : veluti si servus sit cum libertate institutus : dicendum enim erit, si se miscuit, posse ei subveniri ætatis beneficio, *ut habeat bonorum suorum separationem*. Planè, qui post aditam hereditatem restituitur, debet præstare, si quid ex hereditate in rem ejus pervenit, nec perit per ætatis imbecillitatem.

Lucrum omis-
sum.

§. 6. Hodie, certo jure utimur, *ut et in lucro minoribus succurratur*.

Legati repu-
diationem, op-
tionem.

§. 7. Pomponius quoque libro vicesimo octavo scribit : et si sine dolo cujusquam legatum repudiaverit vel in optionis legato captus sit, dum elegit deteriorem, vel si duas res promiserit, *illam aut illam*, et pretiosiore dederit, debere subveniri : et subveniendum est.

Venditionem.

§. 8. Quæsitum est, ex eo, quod *in lucro quoque minoribus subveniendum* dicitur, si res ejus venierit, et existat qui plus liceatur, an in integrum propter lucrum restituendus sit? et cottidie prætores eos restituunt, ut rursus admittatur licitatio. Idem faciunt in his rebus quæ servari eis debent. Quod circumspicere erit faciendum : cæterum nemo accedet ad emptionem rerum pupillarum, nec si bona fide distraherentur. Et districtè probandum est, in rebus quæ fortuitis casibus subjectæ sunt, non esse minori adversus emptorem succurrendum : nisi aut sordes, aut evidens gratia tutorum, sive curatorum doceatur.

4. Il peut avoir recours au même bénéfice dans les actes judiciaires, soit en demandant, soit en défendant, toutes les fois qu'il est trompé.

5. Le mineur qui a accepté une succession onéreuse est secouru par le prêteur à l'effet de s'abstenir ; car il est censé en ce cas avoir été trompé. Il en faut dire autant de la succession prétorienne et de toute autre espèce de succession. La restitution sera accordée non-seulement au fils qui s'est immiscé dans la succession de son père, mais encore toutes les fois que le mineur se trouvera héritier nécessaire ; par exemple, s'il s'agit d'un esclave institué avec donation de la liberté. On peut dire qu'après s'être immiscé il pourra demander la restitution en entier, à l'effet d'obtenir que ses biens soient séparés de ceux du maître auquel il succède. Mais, dans le cas où un mineur est restitué contre l'acceptation qu'il a faite d'une succession onéreuse, il doit rendre ce qui lui est parvenu de l'héritage, et qu'il a conservé malgré la foiblesse de son âge.

6. Il est d'un usage certain aujourd'hui que le mineur doit être restitué contre les occasions de gagner qu'il a manquées.

7. Pomponius, au livre vingt-huit, écrit qu'un mineur peut être restitué lorsqu'il a été trompé sans mauvaise foi de la part d'un tiers, soit en répudiant un legs, soit en choisissant de deux choses léguées à son choix celle qui étoit la moins bonne, soit en donnant la plus précieuse de deux choses dont il avoit promis l'une ou l'autre ; et cet avis doit être suivi.

8. On a demandé en conséquence de ce principe, que le mineur doit être restitué même contre les occasions de gagner qu'il a manquées, si, dans le cas où le mineur auroit vendu sa chose et qu'il se trouveroit quelqu'un qui en offrit un prix plus considérable, le mineur devoit être restitué à cause du gain qui se présente pour lui. Tous les jours le prêteur accorde cette restitution pour qu'on puisse faire une nouvelle licitation. Le prêteur a la même attention à l'égard des choses qui doivent être conservées au mineur ; ce qu'il doit cependant faire avec circonspection. Au reste on ne peut point acheter les biens du pupille, même aliénés de bonne foi. A l'égard des choses qui sont sujettes à

des risques, on doit observer scrupuleusement de ne point accorder au mineur la restitution contre l'acquéreur, à moins qu'il ne soit prouvé qu'elles ont été vendues à vil prix par l'intrigue de l'acquéreur, ou par une intention marquée de la part des tuteurs ou curateurs de favoriser l'acheteur.

9. Si un mineur restitué s'imisce de nouveau dans la succession, ou acquiert un héritage qu'il avoit répudié, il pourra être restitué une seconde fois, et il y a là-dessus des rescrits du prince et des décisions de jurisconsultes.

10. Papien n'est pas exact lorsqu'il dit, au livre second de ses réponses, que si un mineur est institué dans un testament, et qu'on lui ait substitué un esclave nécessaire, dans le cas où le mineur renonceroit à l'héritage, il feroit place à l'esclave substitué qui deviendroit héritier nécessaire et qui resteroit toujours libre même après que le mineur auroit été restitué contre sa renonciation; au lieu que, si on suppose que le mineur ait commencé par accepter la succession, et qu'ensuite il s'en soit abstenu, l'esclave substitué au pupille ne peut être ni héritier ni libre: car si la succession est onéreuse, l'empereur Antonin et l'empereur régnant ont écrit que l'héritier institué venant à s'abstenir, quand même il s'agiroit d'un pupille étranger, l'esclave substitué seroit nécessairement héritier. Et lorsque le même Papien dit, dans le premier cas, que l'esclave resteroit libre après que le mineur auroit été restitué contre sa renonciation, il semble insinuer que cet esclave ne seroit pas en même temps héritier; ce qui n'est pas juste: en effet le pupille restitué contre sa renonciation n'acquiert point la qualité d'héritier, il a seulement droit d'exercer utilement les actions provenant de la succession; ainsi l'esclave substitué qui a eu la qualité d'héritier, la conservera toujours.

11. Le mineur qui n'a point appelé dans le temps marqué peut être restitué à l'effet de pouvoir appeler, surtout si on suppose qu'il demande cette restitution.

12. Le mineur est encore relevé lorsqu'il a laissé périr l'instance qu'il avoit commencée. Au surplus il est certain que les majeurs eux-mêmes jouissent dans ce cas du même bénéfice, s'ils prouvent qu'ils ont eu des causes légitimes d'absence.

§. 9. Restitutus autem, cum se hereditati misceat, vel eam adeat quam repudiavit, rursus restitui poterit ut se abstineat: et hoc et rescriptum et responsum est.

Si restitutioni impetrata restitutio contraria postuletur.

§. 10. Sed quod Papinianus libro secundo responsorum ait, minori substitutum servum necessarium, repudiante quidem hereditatem minore, necessarium fore: et, si fuerit restitutus minor, liberum nihilominus remanere: si autem prius minor adit hereditatem, et mox abstentus est, substitutum pupillo servum cum libertate, non posse heredem existere, neque liberum esse; non per omnia verum est: nam si non est solvendo hereditas, abstinent se herede, et divus Pius rescripsit, et imperator noster, et quidem in extraneo pupillo, locum fore necessario substituto: et quod ait, *liberum manere*, tale est, quasi non et heres maneat, cum pupillus impetrat restitutionem posteaquam abstentus est: cum enim pupillus heres non fiat, sed utiles actiones habeat, sine dubio heres manebit, qui semel extitit.

De restitutione minoris cui servus substitutus fuit.

§. 11. Item si non provocavit intra diem, subvenitur, ut provocet: finge enim hoc desiderare.

Si adversus appellationem omissionem.

§. 12. Item et in eremodiis ei subvenitur. Constat autem omnis ætatis hominibus restaurationem eremodicii præstari, si se doceant ex iusta causa abfuisse.

Vel eremodiciam.

8. *Hermogenianus lib. I. juris
Epitomarum.*

Minor, etiamsi quasi contumax condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium implorabit.

9. *Ulpianus lib. II. ad Edictum.*

Si ex causa iudicati pignora minoris capta sint et distracta, mox restitutus sit adversus sententiam præsidis, vel procuratoris Cæsaris; videndum, an ea revocari debeant, quæ distracta sunt: nam illud certum est, pecuniam ex causa iudicati solutam ei restituendam: sed interest ipsius, corpora potius habere, et puto interdum permittendum, id est, si grande damnum sit minoris.

§. 1. In dotis quoque modo mulieri subvenitur, si ultra vires patrimonii, vel totum patrimonium circumscripta in dotem dedit.

§. 2. Nunc videndum, minoribus utrum in contractibus captis duntaxat subveniatur, an etiam delinquentibus: utputa dolo aliquid minor fecit in re deposita, vel commodata, vel aliàs in contractu; an ei subveniatur, si nihil ad eum pervenit? Et placet, in delictis minoribus non subveniri: nec hic itaque subveniatur. Nam et si furtum fecit, vel damnum injuria dedit; non ei subveniatur. Sed si, cum ex damnato confiteri possit, ne dupli teneatur, maluit negare; in hoc solum restituendus sit, ut pro confessio habeatur. Ergo et si potuit profure damnum decidere, magis quam actionem dupli vel quadrupli pati, ei subveniatur.

§. 3. Si mulier, cum culpa divertisset, velit sibi subveniri, vel si maritus; puto restitutionem non habendam: est enim delictum non modicum: nam et si adulte-

rium

8. *Hermogénien au liv. II. des Epitomes
du droit.*

Le mineur sera restitué contre un jugement, quand même il auroit été condamné par contumace,

9. *Ulpien au liv. II. sur l'Edit.*

Si en exécution d'une sentence portée contre le mineur, on avoit saisi et vendu ses biens, et qu'ensuite le mineur eût été restitué contre le jugement, cette restitution auroit-elle l'effet de faire retourner dans le domaine du mineur les biens ainsi aliénés, par la raison qu'il est certain qu'on devoit lui rendre l'argent qu'il auroit payé en exécution du jugement? Comme il est souvent de l'intérêt du mineur d'avoir les biens qui ont été saisis et vendus sur lui plutôt qu'une somme d'argent, je pense qu'on doit lui accorder la faculté de se faire remettre ses biens, surtout si autrement le mineur devoit souffrir un tort considérable.

1. On doit aussi accorder la restitution à une femme qui, présument trop de sa fortune, s'est constitué en dot une somme qui excédoit ou qui égaloit seulement son patrimoine.

2. Examinons maintenant si les mineurs sont restitués contre les obligations qui naissent de leurs délits, comme ils le sont contre celles qui naissent des contrats. Supposons, par exemple, qu'un mineur se soit rendu coupable de dol dans un dépôt, dans un prêt ou dans tout autre contrat, sera-t-il restitué dans le cas où il n'aura pas profité de son dol? Les mineurs ne sont pas restitués en matière de délit; ainsi il n'y aura pas lieu à la restitution dans tous ces cas. Le mineur ne sera pas restitué contre le vol qu'il auroit fait, ou le tort qu'il auroit causé; mais si, à l'occasion d'un tort qu'il a causé, le mineur avoit pu éviter la condamnation au double en avouant, et qu'il l'ait encourue en niant, il sera restitué seulement contre sa négation, et regardé comme ayant avoué. De même, si à l'occasion d'un vol, il eût pu éviter la condamnation au double ou au quadruple en transigeant, il sera restitué.

3. Si une femme mineure abandonne sa maison sans juste cause (il en faut dire autant du mari), je crois qu'on ne doit point lui accorder de restitution; car c'est un dé-

lit

Si adversus rem
iudicatum.Si adversus do-
tum.

Delictum.

Divertissim.

lit considérable. En effet le mineur coupable d'adultère ne seroit pas restitué.

4. Papinien dit que si un mineur de l'âge de vingt à vingt-cinq ans se laisse vendre comme esclave, c'est-à-dire, s'il a reçu sa part du prix, ne peut pas être restitué; et c'est avec raison: car, comme il change d'état, la restitution ne peut point avoir lieu.

5. Si un mineur s'est exposé à la peine portée contre ceux qui ne déclarent point des marchandises sujettes aux impositions, il pourra être restitué; ce qu'il faut entendre du cas où il n'y aura pas de mauvaise foi de sa part, car alors la restitution n'auroit pas lieu.

6. Le mineur ne pourra non plus être restitué contre la liberté qu'il aura donnée à un de ses esclaves,

10. *Paul au liv. 11. sur l'Édit.*

A moins que le prince ne juge à propos de lui accorder cette grace pour de très-grandes raisons.

11. *Ulpian au liv. 11. sur l'Édit.*

Si un mineur de vingt-cinq ans a reçu par testament un legs, sous la condition d'affranchir son esclave qui valoit plus que le legs qu'on lui faisoit, on ne peut pas le forcer à affranchir son esclave s'il est prêt à rendre le legs qu'il a reçu, comme Julien l'a répondu : en sorte que, comme les majeurs sont libres de ne point recevoir un legs s'ils ne veulent point affranchir, de même le mineur ne sera pas dans la nécessité d'affranchir en rendant le legs.

34. *Paul au liv. 1. des Sentences.*

Si un mineur de vingt-cinq ans a prêté de l'argent à un fils de famille aussi mineur, on préférera, en matière de restitution, celui qui aura dissipé, à moins qu'au temps de la demande le mineur qui a reçu l'argent ne se trouve en être devenu plus riche.

1. Des mineurs qui ont consenti par un

32. *Paulus lib. 1. Quæstionum.*

Minor vigintiquinque annis, adito præside, ex aspectu corporis falsò probavit perfectam ætatem: curatores, cum intellexissent esse minorem, perseveraverunt in administratione: medio tempore, post probatam ætatem, ante impletum vicesimumquintum annum solutæ sunt adolescentium pecuniæ debitæ, easque malè consumpsit. Quæro, cujus sit periculum: et quid si curatores quoque in eodem errore perseverassent, ut putarent majorem esse, et abstinuissent se ab administratione, curationem etiam restituisent: an periculum temporis, quod post probatam ætatem cessit, ad eos pertineat? Respondi: Hi, qui debita exsolverunt, liberati jure ipso, non debent iterum conveniri. Planè, curatores qui scientes eum minorem esse, perseveraverunt in eodem officio, non debuerunt eum pati accipere pecunias debitas: et debent hoc nomine conveniri. Quod si et ipsi decreto præsidis crediderunt, et administrare cessaverunt, vel etiam rationem reddiderunt; similes sunt cæteris debitoribus: ideoque non conveniuntur.

Si perfecta ætas falso probata fuerit.

33. *Aburnius Valens lib. 6. Fideicommissorum.*

Si minor vigintiquinque annis servum suum, qui pluris quàm in testamento ei legatum sit, manumittere rogatus fuerit, et legatum acceperit; non cogendum præstare libertatem, si legatum reddere paratus sit, Julianus respondit: ut, quemadmodum majoribus liberum sit non accipere, si noluit manumittere, sic huic reddendi legatum necessitas manumittendi remittatur.

Si adversus legatum acceptum cum opere manumittendi.

34. *Paulus lib. 1. Sententiarum.*

Si minor vigintiquinque annis filiofamilias minori pecuniam credit, melior est causa consumentis: nisi locupletior ex hoc inveniatur litis contestatæ tempore is qui accepit.

Si adversus minorem.

§. 1. Minores, si in judicem compro-

Si adversus compromissum.

miserunt, et tutore auctore stipulati sunt; integri restitutionem adversus talem obligationem jure desiderant.

35. *Hermogenianus lib. 1. juris Epitomarum.*

Si adversus licitationem.

Si in emptionem penes se collatam minor adjectione ab alio superetur, implorans in integrum restitutionem audietur, si ejus interesse emptam ab eo rem fuisse adprobetur; veluti quod majorum ejus fuisset: ita tamen, ut id quod ex licitatione accessit, ipse offerat venditori.

36. *Paulus lib. 5. Sententiarum.*

Si adversus allegationem omissam.

Minor vingtiquinque annis omissam allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere potest.

37. *Tryphoninus lib. 3. Disputationum.*

Si adversus pœnæ persecutionem,

Auxilium in integrum restitutionis executionibus pœnarum paratum non est: ideoque injuriarum judicium semel omissum repeti non potest.

Vel delictum.

§. 1. Sed et in sexaginta diebus præteritis, in quibus jure mariti sine calumnia vir accusare mulierem adulterii potest, denegatur ei in integrum restitutio; quod jus omissum si nunc repetere vult, quid aliud, quam delicti veniam, id est, calumniæ, deprecatur? et cum neque in delictis, neque in calumniatoribus prætorem succurrere oportere certi juris sit, cessabit in integrum restitutio. In delictis autem minor annis vingtiquinque non meretur in integrum restitutionem; utique atrocioribus: nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem produxerit. Sed, ut ad legis Juliæ de adulteriis coercendis præcepta veniamus, utique nulla deprecatio adulterii pœnæ est, si se minor annis adulterum fateatur. Dixi nec si quid eorum commiserit, quæ pro adulterio eadem lex punit: veluti si adulterii damnatam sciens uxorem duxerit, aut in adulterio deprehensam uxorem non dimiserit, quæs-

compromis à s'en rapporter à un certain juge, et qui à cet égard ont fait un dédit même avec l'autorité de leur tuteur, peuvent justement demander à être restitués contre ce qu'ils ont fait.

35. *Hermogénien au liv. 1. des Epitomes du droit.*

L'offre d'un mineur dans une vente qui se faisoit à l'enchère, ayant été couverte par un plus offrant enchérisseur, il peut être admis à demander la restitution, s'il prouve qu'il avoit intérêt d'acheter cette chose; par exemple, parce qu'elle a appartenu à ses ancêtres; de manière cependant qu'il est obligé de donner au vendeur le prix où la plus forte enchère a porté la chose.

36. *Paul au liv. 5. des Sentences.*

Le mineur est restitué en entier lorsqu'il a manqué d'alléguer des moyens qui lui étoient favorables.

37. *Tryphonin au liv. 3. des Disputes.*

La restitution en entier n'est point accordée contre le défaut de poursuite d'une peine. Ainsi si le mineur a négligé d'intenter l'action en injures dans le temps prescrit, il ne sera pas restitué à l'effet de reprendre cette action.

1. La restitution en entier est encore refusée à un mari mineur après soixante jours, pendant lesquels il peut, en qualité de mari, accuser sa femme d'adultère sans calomnie. S'il vouloit recouvrer après ce temps le droit qu'il a négligé, ne seroit-ce pas demander la permission de commettre une calomnie? Ainsi, comme il est certain que le préteur ne vient pas au secours des mineurs coupables et calomnieurs, la restitution n'aura pas lieu. Le mineur ne mérite point non plus de restitution en matière de délits, surtout s'ils sont considérables, à moins que le juge, par compassion pour la foiblesse de l'âge, ne se détermine à porter une peine moins rigoureuse. Mais, pour en revenir aux peines portées par la loi Julia contre les adultères, le mineur ne pourra point, sous prétexte de sa minorité, se soustraire à la peine portée contre ce crime s'il s'en avoue coupable. J'ajoute qu'il ne sera pas restitué dans les cas où il aura fait ce que la loi punit comme adultère; par exemple, s'il épouse sciem-

ment une femme condamnée pour crime d'adultère, s'il ne répudie pas sa femme après l'avoir trouvée en adultère, s'il a cherché à s'enrichir du crime de sa femme, s'il a reçu de l'argent pour cacher une prostitution qu'il avoit découverte, s'il a prêté sa maison pour qu'on y commît l'adultère ou qu'on s'y prostituât. Les loix n'excusent pas les fautes commises contre leur disposition sous prétexte de l'âge; et c'est en vain qu'on invoque leur secours quand on les transgresse.

38. *Paul au liv. 1. des Décrets.*

Æmilius Larianus avoit acheté d'Obinius le fonds Rutilien sous la condition *commissoire*, et il avoit donné une partie du prix. La clause portoit que la vente seroit nulle si, dans les deux mois qui la suivroient, il ne payoit point la moitié du prix restant, et l'autre moitié dans les deux mois suivans. Dans les deux premiers mois Larianus est mort laissant pour héritière sa fille encore pupille, dont les tuteurs ont négligé de faire les paiemens. Le vendeur, après plusieurs sommations faites aux tuteurs, a vendu au bout de l'année ce même bien à Claudius Télémachus. La pupille demandoit la restitution en entier; et ayant succombé, tant devant le préteur que devant le préfet de la ville, elle en appela. J'étois d'avis qu'on avoit bien jugé, parce que c'étoit son père, et non pas elle qui avoit contracté. Mais l'empereur s'est décidé au contraire par cette raison-ci: que le temps de la condition résolutive de la vente étoit tombé sous la minorité de la pupille, et que c'étoit elle qui étoit cause que les conditions de la vente n'avoient pas été remplies. J'ai dit que la raison qui me déterminoit à être de ce dernier avis étoit que le vendeur, en faisant des sommations après le jour où la condition résolutive de la vente étoit échue et demandant le prix qui lui étoit dû, paroissoit avoir renoncé au bénéfice de la clause. Il me paroissoit indifférent que le jour de la condition fût tombé dans la minorité de la pupille, comme on n'y feroit pas attention si un créancier vendoit le gage de son débiteur après sa mort, lorsque le temps fixé pour le paiement seroit arrivé. Cependant comme cet empereur n'aimoit pas la clause portant résolution de la vente, faute de paiement dans un certain temps,

tumve de adulterio uxoris fecerit, pretiumve pro comperto stupro acceperit, aut domum præbuerit ad stuprum adulteriumve in eam committendum: et non sit ætatis excusatio adversus præcepta legum, ei qui dum leges invocat, contra eas committit.

38. *Paulus lib. 1. Decretorum.*

Æmilius Larianus ab Obinio fundum Rutilianum lege commissoria emerat, data parte pecuniæ: ita ut si intra duos menses ab emptione reliqui pretii partem dimidiam non solvisset, inemptus esset: item, si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus: intra priores duos menses Lariano defuncto, Rutiliana pupillaris ætatis successerat, cujus tutores in solutione cessaverunt. Venditor, denunciationibus tutoribus sæpè datis, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat: pupilla in integrum restitui desiderabat: victa, tam apud prætorem, quam apud præfectum urbi provocaverat. *Putaban* bene judicatum, quòd pater ejus, non ipsa contraxerat: *imperator* autem motus est, quòd dies committendi in tempus pupillæ incidisset, eaque effecisset, ne parceretur legi venditionis. *Dicebam* posse magis ea ratione restitui eam, quòd venditor denunciando post diem quo placuerat esse commissum, et pretium petendo, recessisse à lege sua videretur: non me moveri, quòd dies postea transisset: non magis quàm si creditor pignus distraxisset, post mortem debitoris die solutionis finita. *Quia tamen* lex commissoria dispicebat ei, pronunciavit, *in integrum restituendam*. Movit etiam illud imperatorem, quod priores tutores qui non restitui desiderassent, suspecti pronunciati erant.

Si adversus solutionem ex contractu defuncti omisam, an filiusfamilias minor post emancipationem restituatur.

§. 1. Quod dicitur, non solere filiisfamilias post emancipationem adhuc minoribus succurri in his quæ omisissent manentes in potestate, tunc rectè dicitur, cum patri acquirere possunt.

39. Scævola lib. 2. Digestorum,

Intra utile tempus restitutionis apud præsidem petierunt in integrum restitutionem minores, et de ætate sua probaverunt: dicta pro ætate sententia, adversarii, ut impedirent cognitionem præsidis, ad imperatorem appellarunt: præses in eventum appellationis cætera cognitionis distulit: quæsitum est, si finita appellationis apud imperatorem cognitione, et *injusta appellatione pronunciata*, egressi ætatem deprehendantur, an cætera negotii implere possunt, cum per eos non steterit, quinimò res suam accipiat? Respondi, secundum ea quæ proponuntur, perinde cognosci atque si nunc intra ætatem essent.

Quo casu restitutionis tempus non currij.

Si adversus venditionem.

§. 1. Vendentibus curatoribus minoris fundum, emptor extitit Lucius Titius, et sex ferè annis possedit; et longè longè que rem meliorem fecit: quæro, cum sint idonei curatores, an minor adversus Titium emptorem in integrum restitui possit? Respondi, ex omnibus quæ proponerentur, vix esse eum restituendum: nisi si maluerit omnes expensas quas bona fide emptor fecisse adprobaverit, ei præstare: maximè, cum sit ei paratum promptum auxilium, curatoribus ejus idoneis constitutis.

40. Ulpianus lib. 5. Opinionum.

Minor annis viginti quinque, cui fideicommissum solvi pronunciatum erat, caverat, id se accepisse: et cautionem eidem debitor, quasi creditæ pecuniæ fecerat: in integrum restitui potest, quia partam ex causa iudicati persecutionem novo contractu ad initium alterius petitionis redegerat.

§. 1.

il accorda à la pupille la restitution en entier: il y étoit de plus engagé, parce que les premiers tuteurs qui avoient négligé de demander la restitution, avoient, été éloignés de la tutelle comme suspects.

1. Quand on dit que les fils de famille ne sont point relevés après leur émancipation contre les acquisitions qu'ils ont manquées étant sous la puissance de leur père, cela doit s'entendre du cas où ces mêmes acquisitions auroient dû passer au père.

39. Scævola au liv. 2. du Digeste.

Des mineurs se sont présentés devant le président, dans le temps utile, pour demander la restitution, et ont prouvé leur minorité. La sentence les ayant déclarés mineurs, les parties adverses, pour empêcher le président de prendre connoissance de l'affaire, en appelèrent au prince, et le président remit la connoissance de l'affaire après le jugement qui devoit intervenir sur l'appel de sa première sentence. On a demandé si, après le jugement de l'appel qui aura été mis au néant, le président pourra connoître de l'affaire, les mineurs se trouvant pour lors parvenus à la majorité, d'autant qu'il n'a pas tenu à eux que l'affaire ne fût décidée avant? J'ai répondu que, dans l'espèce proposée, le président pouvoit connoître de l'affaire, comme si les parties étoient encore en minorité.

1. Lucius Titius a acheté une terre appartenante à un mineur, qui étoit vendue par son curateur; il l'a possédée pendant six ans, et l'a considérablement améliorée. On demande si les curateurs étant solvables, le mineur pourra être restitué contre l'acheteur? J'ai répondu qu'il étoit difficile dans l'espèce proposée d'accorder au mineur cette restitution, à moins qu'il n'offrit de rembourser à l'acheteur les dépenses qu'il aura faites de bonne foi, surtout puisqu'il a une ressource suffisante en attaquant ses curateurs, qu'on suppose solvables.

40. Ulpien au liv. 5. des Opinions.

Un mineur de vingt-cinq ans, à qui un particulier avoit été condamné de payer un fideicommiss, en avoit donné quittance comme s'il l'eût reçu, et le débiteur lui avoit passé une obligation de la même somme comme si le mineur la lui eût prêtée. Le mineur pourra être restitué, parce qu'il se trouve réduit

Si adversus novationem.

réduit à former une nouvelle demande pour avoir une somme qu'il pouvoit exiger en vertu du jugement.

1. Un mineur de vingt-cinq ans, dont le père avoit administré la tutelle d'un pupille envers qui il étoit resté débiteur, a donné inconsidérément des terres de son père en paiement de cette dette. Le prêteur accordera la restitution pour ramener les choses à l'équité, en faisant compter les intérêts de la somme qui étoit due en conséquence de la tutelle, et en les compensant avec la quantité des fruits perçus.

41. *Julien au liv. 45. du Digeste.*

Un mineur ayant été trompé dans une vente, le juge ordonna que le fonds vendu seroit rendu au mineur qui, de son côté, rendroit le prix. Le mineur se repentit ensuite d'avoir demandé la restitution, et ne vouloit point en faire usage. Si l'acheteur actionne le mineur pour lui demander son prix en conséquence du jugement, celui-ci pourra lui opposer utilement une exception, parce qu'il est permis à chacun de ne point faire usage d'un bénéfice introduit en sa faveur. L'acheteur ne pourra point opposer qu'au moyen de la restitution du mineur il s'est trouvé lui-même restitué, parce qu'il n'auroit pas pu changer sa condition si le mineur ne s'étoit pas fait restitué.

42. *Ulpian au liv. 2. de l'Office du proconsul.*

Le président de la province peut restituer en entier un mineur même contre son propre jugement ou celui de son prédécesseur; car la restitution accordée aux mineurs a le même effet que l'appel interjeté par les majeurs.

43. *Marcellus au liv. 1. de l'Office du président.*

L'âge de celui qui se dit mineur doit être prouvé en connoissance de cause, parce que l'admission de cette preuve formé un préjugé pour la restitution du mineur, et pour les autres affaires.

44. *Ulpian au liv. 5. des Opinions.*

Toutes les affaires faites par les mineurs de vingt-cinq ans ne sont pas nulles, mais seulement celles qui paroîtront en connoissance de cause devoir être annullées; comme s'ils ont été trompés par les autres, ou engagés par leur facilité contre leurs intérêts,

Tome I.

§. 1. *Prædia patris sui minor annis vigintiquinque ob debita rationis tutelæ aliorum, quam pater administraverat, in solutum inconsultè dedit: ad suam æquitatem per in integrum restitutionem revocanda res est: usuris pecuniæ quam constiterit ex tutela deberi, reputatis, et cum quantitate fructuum perceptorum compensatis.*

Dationem in solutum.

41. *Julianus lib. 45. Digestorum.*

Si judex circumvento in venditione adolescenti jussit fundum restitui, eumque pretium emptori reddere, et hic nolit uti hac in integrum restitutione, pœnitentia acta: exceptionem utilem, adversus petentem pretium, quasi ex causa judicati, adolescens habere poterit: quia unicuique licet contemnere hæc quæ pro se introducta sunt. Nec queri poterit venditor, si restitutus fuerit in eam causam in qua se ipse constituit, et quam mutare non potuisset, si minor auxilium prætoris non implorasset.

Si minor restitutione impetrata nolit uti.

42. *Ulpianus lib. 2. de Officio proconsulis.*

Præses provinciæ minorem in integrum restituere potest, etiam contra suam, vel decessoris sui sententiam: quod enim appellatio interposita majoribus præstat, hoc beneficio ætatis consequuntur minores.

Qui restituere possunt.

43. *Marcellus lib. 1. de Officio præsidis.*

De ætate ejus, qui se majorem annis vigintiquinque dicit, causa cognita probandum est: quia per eam probationem in integrum restitutioni ejusdem adolescentis, et aliis causis præjudicatur.

De ætatis probatione.

44. *Ulpianus lib. 5. Opintonum.*

Non omnia, quæ minores annis vigintiquinque gerunt, irrita sunt, sed ea tantum, quæ causa cognita, ejusmodi deprehensa sunt: ut, si ab aliis circumventi, vel sua facilitate decepti, aut quod habuerunt amiserunt; aut quod acquirere emolumentum

De cause cognitione.

tum potuerunt omiserunt : aut se oneri quod non suscipere licuit, obligaverunt.

45. *Callistratus lib. 1. Edicti monitorii.*

Etiam ei qui priusquam nasceretur, usucaptum amisit, restituendam actionem Labeo scribit.

Si adversus usucapionem,
Vel sententiam.
§. 1. Imperator Titus Antoninus rescripsit, eum qui fraude tutoris adversarium suum diceret absolutum, et agere cum eo ex integro vellet, licentiam habere, prius cum tutore agere.

46. *Paulus lib. 2. Responsorum.*

De defensore minoris.
Eum, qui ex sua voluntate minorem annis in iudicio defendit, et condemnatus est, ex causa judiciali posse conveniri: nec ejus, quem defendit, ætatem ad restitutionem impetrandam ei prodesse, cum causam judiciali recusare non possit. Ex quo apparet, nec eum cujus nomine condemnatus est, auxilium restitutionis propter eam sententiam implorare posse.

47. *Scævola lib. 1. Responsorum.*

Si adversus venditionem à tutore,
Tutor, urgentibus creditoribus, rem pupillarem bona fide vendidit, denunciante tamen matre et emptoribus: quæro cum urgentibus creditoribus distracta sit, nec de sordibus tutoris meritò quippiam dici potest, an pupillus in integrum restitui potest? Respondi, cognita causa æstimandum: nec idcirco, si justum sit restitui, denegandum id auxilium, quòd tutor delicto vacaret.

Vel à curatore factant.
§. 1. Curator adolescentium prædia communia sibi, et his quorum curam administrabat, vendidit: quæro, si decreto prætoris adolescentes in integrum restituti fuerint, an eatenus venditio rescindenda sit, quatenus adolescentium pro parte fundus communis fuit? Respondi, eatenus rescindi: nisi si emptor à toto contractu velit discedi, quòd partem empturus non esset. Item quæro, emptor utrum

s'ils ont perdu ce qu'ils avoient ou négligé le profit qu'ils pouvoient faire, s'ils se sont imposé des charges qu'il étoit de leur intérêt de ne point accepter.

45. *Callistrate au liv. 1. de l'Édit monitorioire.*

Labeon écrit qu'on accorde la restitution même à un enfant qui, étant encore dans le sein de sa mère, a perdu quelque chose par la prescription.

1. L'empereur Titus Antonin a dit dans un rescrit, qu'un mineur que son tuteur avoit frauduleusement engagé à déclarer son adversaire absous, et qui vouloit intenter de nouveau son action contre lui, pouvoit auparavant intenter son action contre son tuteur.

46. *Paul au liv. 2. des Réponses.*

Lorsqu'un particulier s'est chargé de son plein gré de défendre un mineur en justice, s'il a été condamné, l'action qui naît du jugement peut être intentée contre lui. Il ne pourra point alors se servir du bénéfice qui appartient à celui qu'il a défendu; d'où il s'ensuit que le mineur au nom duquel ce particulier a été condamné, ne pourra point demander à être restitué contre ce jugement.

47. *Scévola au liv. 1. des Réponses.*

Un tuteur poursuivi en justice par les créanciers de son pupille, se détermine à vendre de bonne foi un bien du pupille. La mère fit signifier à ceux qui se présentoient pour acquérir de ne point acheter. On demande si le mineur pourra être restitué, en supposant que la vente ait été faite par le tuteur sur les poursuites des créanciers, en sorte qu'on ne puisse lui rien reprocher. J'ai répondu que la cause devoit être examinée, et que, quoiqu'il n'y eût aucune faute de la part du tuteur, ce n'étoit pourtant pas une raison de refuser au mineur la restitution s'il paroissoit juste de la lui accorder.

1. Un curateur vend un bien qui lui est commun avec ses mineurs. On demande si, dans le cas où les mineurs se feront restituer, la vente ne sera résolue qu'à concurrence de la portion qui appartenoit aux mineurs. J'ai répondu qu'elle ne seroit résolue que jusqu'à cette concurrence, à moins que l'acheteur ne demandât qu'elle fût résolue en entier, en alléguant qu'il n'auroit point acheté une seule partie. On demande aussi

si, dans le cas où le curateur qui a vendu ces biens seroit mort, l'acheteur devoit recevoir son remboursement avec les intérêts, des mineurs Séius et Sempronius, ou de l'héritier du curateur. J'ai répondu qu'il avoit action contre les héritiers du curateur, mais que les mineurs étoient tenus à raison de la portion qui leur appartenoit; ce qui doit s'entendre du cas où les mineurs auroient reçu le prix de cette même portion.

48. Paul au liv. 1. des Sentences.

Le mineur, en se faisant restituer contre une obligation qu'il a contractée en intervenant pour un autre, ne libère point le principal obligé.

1. Un mineur a vendu une fille esclave; si l'acheteur l'a affranchie, cela empêchera le mineur de se faire restituer; mais il aura contre l'acheteur une action en dommages et intérêts.

2. Si une femme mineure de vingt-cinq ans a laissé insérer quelque clause qui lui soit défavorable dans l'acte de constitution de sa dot, et que cette clause soit telle qu'une femme majeure ne l'eût jamais laissé passer, elle pourra être admise si elle en demande la révocation.

49. Ulpian au liv. 35. sur l'Edit.

Si on a vendu un bien d'un mineur dont l'aliénation n'est point défendue par les lois, la vente est valable. Si cependant le mineur en souffre un tort considérable, quand même il n'y auroit point eu collusion, on pourra la révoquer en lui accordant la restitution en entier.

50. Pomponius au liv. 9. des Lettres et des différentes Leçons.

Junius Diophantus à son ami Pomponius, salut: Un mineur de vingt-cinq ans s'est obligé, dans l'intention de procurer une nouvelle obligation, pour un homme contre lequel on avoit une action qui ne devoit durer qu'un certain temps, dont il ne restoit plus que dix jours à écouler. Ensuite il a été restitué en entier. On demande si cette restitution, qui rend au créancier son action contre son premier débiteur, n'a d'effet que pour les dix jours, ou pour un plus long temps. J'ai appris qu'on devoit accorder après la restitution autant de temps qu'il en restoit avant; marquez-moi, je vous prie, ce que

à Seio et Sempronio pupillis pretium cum usuris recipere deberet, an verò ab herede curatoris teneri? Respondi heres quidem curatoris teneri; verum in Seum et Sempronium pro parte qua eorum fundus fuit, actiones dandas: utique si ad eos accepta pecunia pro eadem parte pervenisset.

48. Paulus lib. 1. Sententiarum.

Minor, se in id quod fidejussit, vel mandavit in integrum restituendo, reum principalem non liberat. Si adversus interventionem,

§. 1. Minor ancillam vendidit: si eam emptor manumiserit, ob hoc in integrum restitui non poterit: sed adversus emptorem, quanti sua interest, actionem habebit. Venditionem.

§. 2. Mulier minor vigintiquinque annis, si pactione dotis deterior conditio ejus fiat, et tale pactum inierit, quod nunquam majoris ætatis constitutæ paciscerentur, atque ideò revocare velit; audienda est. Dotis pactio- nem.

49. Ulpianus lib. 35. ad Edictum.

Si res pupillaris, vel adolescentis distracta fuerit, quam lex distrahi non prohibet; venditio quidem valet: verumtamen, si grande damnum pupilli, vel adolescentis versatur, etiamsi collusio non intercessit, distractio per in integrum restitutionem revocatur. Si adversus venditionem.

50. Pomponius lib. 9. Epistolarum et variarum Lectionum.

Junius Diophantus Pomponio suo salutem. Minor vigintiquinque annis novandi animo intercessit pro eo qui temporali actione tenebatur tunc, cum adhuc supererant decem dies: et postea in integrum restitutus est: utrum restitutio quæ creditori adversus priorem debitorem datur, decem dierum sit, an plenior? Ego didici, ex tempore in integrum restitutionis tantundem temporis præstandum, quantum supererat: tu quid de eo putas, velim rescribas? Respondi: sine dubio quod de temporali actione in qua intercessit minor, sensisti, puto verius

esse : ideòque et pignus quod dederat prior debitor, manet obligatum.

vous en pensez. J'ai répondu : Je pense sans hésiter que votre opinion sur l'action temporelle, pour laquelle le mineur s'est obligé, est vraie ; conséquemment si le premier débiteur avoit donné un gage, il demeurera affecté à la sûreté de la dette.

TITULUS V.

DE CAPITE MINUTIS.

1. *Gaius lib. 4. ad Edictum provinciale.*

Quid sit capit-
tis deminutio.

CAPITIS minutio est, status permutatio.

2. *Ulpianus lib. 12. ad Edictum.*

Ad quas capi-
tis deminutiones
hoc edictum per-
tinet.

Pertinet hoc edictum ad eas capit-
is deminutiones, quæ salva civitate contingunt : cæterum sive amissione civitatis, sive libertatis amissione contingat capit-
is deminutio, cessabit edictum : neque possunt hi penitus conveniri : dabitur planè actio in eos ad quos bona pervenerunt eorum.

Verba edicti.

§. 1. Ait prætor : *Qui quæve ; posteaquam quid cum his actum contractumve sit, capite deminuti deminutæve esse dicentur, in eos easve perinde quasi id factum non sit, iudicium dabo.*

De causis ante
vel post capit-
is deminutionem.

§. 2. Hi qui capite minuuntur, ex his causis quæ capit-
is deminutionem præcesserunt, manent obligati naturaliter : cæterum si postea, imputare quis sibi debet cur contraxerit, quantum ad verba hujus edicti pertinet. Sed interdum, si contrahatur cum his post capit-
is deminutionem, danda est actio : et quidem, si adrogatus sit, nullus labor : nam perinde obligabitur, ut filiusfamilias.

De delictis.

§. 3. Nemo delictis exuitur, quamvis capite minutus sit.

De debitore
adrogato.

§. 4. Ei qui debitorem suum adrogavit, non restituitur actio in eum, postquam sui juris fiat.

De tempore
hujus iudicii. De
heredibus.

§. 5. Hoc iudicium perpetuum est, et in heredes, et heredibus datur.

TITRE V.

DU CHANGEMENT D'ÉTAT.

1. *Gaius au liv. 4. de l'Edit provincial.*

LE retranchement d'un homme d'un des trois principaux états dont il peut jouir, s'appelle changement d'état.

2. *Ulpien au liv. 12. sur l'Edit.*

L'édit dont nous allons parler n'a rapport qu'au changement d'état qui arrive sans donner atteinte au droit de bourgeoisie ; car, si le changement d'état emportoit la perte de la liberté ou des droits de citoyen, cet édit ne pourroit avoir lieu ; parce que ceux qui souffrent une pareille peine ne peuvent être actionnés. L'action passe alors contre ceux à qui leurs biens sont parvenus.

1. Voici les termes de l'édit : « Ceux ou celles qui auront changé d'état après avoir contracté quelque obligation ou fait quelque affaire, seront actionnés comme si ce changement n'étoit point arrivé ».

2. Ceux qui changent d'état restent obligés naturellement pour les causes qui ont précédé leur changement d'état ; mais s'ils contractent par la suite quelque obligation, celui envers qui ils se seront engagés devra s'imputer d'avoir contracté avec eux. Quelquefois cependant on pourra donner action contre eux, quoiqu'ils aient contracté après leur changement d'état. D'abord il n'y a point de difficulté si le changement arrive par l'adrogation d'un père de famille ; car alors il sera obligé comme fils de famille.

3. Personne n'est exempt de la peine portée contre les crimes, quoiqu'il ait changé d'état.

4. Celui qui a pris son débiteur en adrogation ne reconvre point son action contre lui lorsqu'il est devenu son maître.

5. L'action que le prêteur accorde contre ceux qui ont changé d'état est perpétuelle. Elle a lieu en faveur des héritiers et contre eux.

3. *Paul au liv. II. sur l'Édit.*

On convient que les enfans qui suivent la condition de leur père qui s'est donné en adrogation, changent d'état. En effet ils passent sous une nouvelle puissance et changent de famille.

1. L'émancipation d'un fils de famille ou d'autres personnes les fait évidemment changer d'état, puisqu'on ne peut pas être émancipé sans passer par une servitude imaginaire. Il n'en est pas de même lorsqu'un esclave est affranchi, parce qu'un esclave n'a point d'état, et par conséquent n'en peut pas changer.

4. *Modestin au liv. 1. des Pandectes.*

Car ce n'est que du moment qu'il est affranchi qu'il commence à avoir un état.

5. *Paul au liv. II. sur l'Édit.*

On change d'état lorsqu'on perd le droit de citoyen, comme il arrive à ceux à qui on a interdit l'eau et le feu.

1. Les déserteurs changent d'état. On appelle ainsi ceux qui quittent les officiers supérieurs préposés pour les commander et qui se rangent du côté des ennemis. Ceux qui sont déclarés ennemis de la république par un arrêt du sénat ou par une loi, changent aussi d'état, au point même qu'ils perdent le droit de citoyen.

2. Examinons maintenant quelles sont les choses qu'on perd par le changement d'état. D'abord, par rapport au changement d'état qui arrive sans donner atteinte au droit de cité, il est certain qu'il ne fait pas perdre les droits publics. On conserve la dignité de magistrat, le rang de sénateur, la qualité de juge.

6. *Ulpian au liv. 51. sur Sabin.*

Les autres fonctions de droit public ne finissent point non plus à l'égard de celui qui éprouve ce changement : car le changement d'état ôte à un homme certains droits privés et les droits de famille ; mais il n'ôte point les droits de citoyen.

7. *Paul au liv. II. sur l'Édit.*

La tutelle ne finit point par ce dernier changement d'état, excepté celle qui est déferée par droit d'agnation aux plus proches parens. Ainsi les tuteurs nommés par testament, ou par une loi ou un sénatus-consulte resteront tuteurs ; mais les tutelles

3. *Paulus lib. II. ad Edictum.*

Liberos, qui adrogatum parentem sequuntur, placet minui caput, cum in aliena potestate sint, et cum familiam mutaverint.

De liberis ar-rogati.

§. 1. *Emancipato filio, et cæteris personis capitis minutio manifestò accidit : cum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam servilem causam deductus. Aliter atque cum servus manumittitur : quia servile caput nullum jus habet : ideo nec minui potest.*

De emancipatione ac manumissione.

4. *Modestinus lib. 1. Pandectarum.*

Hodie enim incipit statum habere (cum manumittitur.)

5. *Paulus lib. II. ad Edictum.*

Amissione civitatis fit capitis minutio ; ut in aqua et igni interdictione.

De aqua et ignis interdictione.

§. 1. *Qui deficiunt, capite minuuntur : deficere autem dicuntur, qui ab his quorum sub imperio sunt, desistunt, et in hostium numerum se conferunt : sed et hi quos senatus hostes judicavit, vel lege lata : utique usque eò, ut civitatem amittant.*

De his qui deficiunt, et his quos senatus hostes judicavit.

§. 2. *Nunc respiciendum, quæ capitis deminutione percant : et primò de ea capitis deminutione quæ salva civitate accidit, per quam publica jura non interverti constat : nam manere magistratum, vel senatorem, vel judicem, certum est.*

Effectus minutionis capitis deminutionis : et primùm de jure publicis vel privatis.

6. *Ulpianus lib. 51. ad Sabinum.*

Nam et cætera officia quæ publica sunt, in eo non finiuntur : capitis enim minutio privata hominis, et familiæ ejus jura, non civitatis, amittit.

7. *Paulus lib. II. ad Edictum.*

Tutelas etiam non amittit capitis minutio : exceptis his quæ in jure alieno personis positæ deferuntur : igitur testamento dati, vel ex lege, vel ex senatusconsulto, erunt nihilominus tutores : sed legitimæ tutelæ ex duodecim tabulis intervertuntur.

De tutelis.

tur, eadem ratione qua et hereditates exinde legitimæ : quia adgnatis deferuntur, qui desinunt esse, familia mutati. Ex novis autem legibus et hereditates, et tutelæ plerunque sic deferuntur, ut personæ naturaliter designentur : ut ecce, deferunt hereditatem senatusconsulta matri, et filio.

De actionibus et delicto.

§. 1. Injuriarum, et actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulat.

Effectus maximus,

§. 2. Si libertate adempta, capitis deminutio subsequuta sit, nulli restitutioni adversus servum locus est : quia nec prætoriam jurisdictionem ita servus obligatur, ut cum eo actio sit : sed utilis actio adversus dominum danda est, ut Julianus scribit : et nisi in solidum defendatur, permittendum mihi est in bona quæ habuit, mitti.

Et mediæ capitis deminutionis

§. 3. Item cum civitas amissa est, nulla restitutionis æquitas est adversus eum qui amissis bonis, et civitate relicta, nudus exulat.

8. *Gaius lib. 4. ad Edictum provinciale.*

De naturali obligatione. De dotis actione.

Eas obligationes quæ naturalem præstationem habere intelliguntur, palam est capitis deminutione non perire : quia *civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest*. Itaque de dote actio, quia in bonum et æquum concepta est, nihilominus durat etiam post capitis deminutionem.

9. *Paulus lib. 11. ad Edictum.*

Ut quandoque emancipata agat.

10. *Modestinus lib. 8. Differentiarum.*

De annuo legato.

Legatum in annos singulos, vel menses singulos relictum, vel si habitatio legetur, morte quidem legatarii legatum interci-

légitimes qui descendent de la loi des douze tables sont renversées, aussi bien que l'ordre des successions légitimes ; parce que les unes et les autres sont déferées aux agnats, qui perdent cette qualité en perdant la famille. Quant aux tutelles et aux héritages qui suivent les lois nouvelles, elles sont ordinairement déferées à des personnes désignées sous leurs noms naturels. C'est ainsi que les sénatus-consultes déferent les successions à la mère et au fils.

1. Les obligations qui naissent des injures, et les actions qui viennent des délits, suivent le coupable dans tous ses états.

2. Si un homme change d'état par la perte de sa liberté, ceux envers qui il étoit obligé ne peuvent être rétablis dans leurs droits contre lui ; parce que, suivant le droit prætorien, un esclave ne peut pas être obligé de manière qu'il y ait action contre lui ; mais on aura une action utile contre le maître, suivant l'avis de Julien ; et s'il ne veut pas défendre son esclave en entier, on doit permettre aux créanciers de se mettre en possession des biens qu'il avoit avant la perte de sa liberté.

3. De même, si un homme change d'état en perdant les droits de citoyen, il n'est pas juste de rétablir ses créanciers dans des actions qu'ils ne pourroient point tenter contre un homme qui, ayant perdu la qualité de citoyen avec tous ses biens, s'exile, dénué de tout.

8. *Gaius au liv. 4. sur l'Edit provincial.*

Il est clair que le changement d'état ne détruit point les obligations qui ont pour objet des prestations naturelles ; parce que le droit civil ne peut point détruire ce qui est de droit naturel. Ainsi on pourra intenter, même après le changement d'état, l'action pour se faire rendre une dot, parce que cette action est fondée sur l'équité naturelle.

9. *Paul au liv. 11. sur l'Edit.*

En sorte que la fille pourra intenter quelquefois elle-même cette action pour se faire rendre sa dot, même après son emancipation.

10. *Modestin au liv. 8. des Différences.*

Un legs annuel ou qui doit être payé par mois, de même que le legs d'habitation, est éteint par la mort du légataire, mais il

ne l'est pas par son changement d'état ; la raison en est que ce legs est plus de fait que de droit.

11. *Paul au liv. 2. sur Sabin.*

Il y a trois espèces de changemens d'état : le grand , le moyen et le moindre. En effet il y a trois états dont nous pouvons jouir : la liberté , la vie civile et la famille. Quand on perd tous ces états ensemble , on souffre le plus grand changement d'état. Quand on perd les deux derniers en conservant le premier , on souffre le moyen ; et quand on perd le dernier en conservant les deux premiers , on éprouve le moindre changement d'état.

TITRE VI.

QUELLES SONT LES CAUSES

DE RESTITUTION

Pour les majeurs de vingt-cinq ans.

1. *Ulpian au liv. 12. sur l'Edit.*

TOUT le monde doit convenir de la justice de cet édit. Il tend à réparer le tort que souffre celui qui est absent pour la république , ou qui se trouve dans quelque embarras. Le préteur accorde aussi son secours contre ces personnes , en sorte que ce qui a été fait ne puisse ni leur profiter ni leur nuire.

1. Voici les termes de l'édit : « Si quelqu'un a souffert du tort dans ses biens lorsqu'il étoit absent par crainte ou pour le service de la république sans mauvaise foi , ou lorsqu'il étoit en prison , en servitude ou sous la puissance des ennemis , s'il a laissé passer le temps fixé pour intenter son action ; de même si un homme acquiert quelque chose par prescription ou par le non-usage de celui à qui le droit appartenoit , ou s'il se trouve libéré d'une action parce que le jour pour l'intenter s'est écoulé , soit qu'il fût absent sans qu'il parût personne pour le défendre , soit qu'il fût en prison , ou qu'il ne laissât point à son adversaire la facilité de l'actionner , soit qu'il fût dans des places qui lui donnoient le droit de ne pouvoir être conduit en justice malgré lui , et que

dit : *capitis deminutione tamen interveniente perseverat ; videlicet , quia tale legatum in facto potius , quàm in jure , consistit.*

11. *Paulus lib. 2. ad Sabinum.*

Capitis deminutionis tria genera sunt : maxima , media , minima. Tria enim sunt , quæ habemus , libertatem , civitatem , familiam. Igitur cùm omnia hæc amittimus , hoc est , libertatem , et civitatem , et familiam , *maximam* esse capitis deminutionem : cùm verò amittimus civitatem , libertatem retinemus , *mediam* esse capitis deminutionem : cùm et libertas , et civitas retinetur , familia tantum mutatur , *minimam* esse capitis deminutionem constat.

Genera capitis deminutionum.

TITULUS VI.

EX QUIBUS CAUSIS MAJORES

VIGINTIQUINQUE ANNIS

In integrum restituuntur.

1. *Ulpianus lib. 12. ad Edictum.*

HUJUS edicti causam nemo non justissimam esse confitebitur : læsum enim jus per id tempus quo quis reipublicæ operam dabat , vel adverso casu laborabat , corrigitur : necnon et adversus eos succurritur ; ne vel obsit , vel prosit quod evenit.

Commendatio.

§. 1. Verba autem edicti talia sunt : *Si ejus quid de bonis , cùm is metu , aut sine dolo malo reipublicæ causa abesset , in vineculis , servitute , hostiumque potestate esset : sive ejus actionis eorum cui dies exisset dicetur. Item , si quis quid usu suum fecisset , aut quod non utendo amisit , consecutus : actione qua solutus , ob id quod dies ejus exierit , cùm absens non defenderetur , in vineculis esset , secumve agendi potestatem non faceret , aut cùm eum invitum in jus vocari non liceret , neque defenderetur : cùmve magistratus de ea re appellatus esset , sive cui pro magistratu , sive dolo ipsius actio exempta esse dicetur : earum rerum actionem intra annum quo primum de ea re experiundi potestas erit , dabo. Item si qua alia mihi*

Verba edicti , ejus sunt tres capita.

causa justa esse videbitur, in integrum restitutam, quod ejus per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum, licebit.

De usu Lujus
edicti.

2. *Callistratus lib. 2. Edicti monitorii.*

Hoc edictum quod ad eos pertinet qui eo continentur, minus in usu frequentatur: hujusmodi enim personis extra ordinem jus dicitur ex senatusconsultis, et principalibus constitutionibus.

Interpretatio
primæ partis, et
primùm, de ab-
sentibus metus
causa.

§. 1. Hoc autem capite adjuvantur in primis hi qui metus causa abfuerunt: scilicet si non supervacuo timore deterriti abfuerunt.

De metu.

3. *Ulpianus lib. 12. ad Edictum.*

Metus autem causa abesse videtur, qui justo timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus abest: et hoc ex effecta ejus intelligitur. Sed non sufficit quolibet terrore abductum timuisse, sed hujus rei disquisitio judicis est.

4. *Callistratus lib. 2. Edicti monitorii.*

Item hi qui reipublicæ causa, sine dolo malo abfuerunt. Dolum malum eo pertinere accepi, ut qui reverti potest, neque reverteretur, in eo quod per id tempus adversus eum factum est, non adjuvetur: veluti, si alterius grandis commodi captandi gratia id egerit, ut reipublicæ causa abesset, et revocatur ab isto privilegio.

De absentibus
reipublicæ causa
et de dolo.

5. *Ulpianus lib. 12. ad Edictum.*

Et qui data opera, et sine lucro hoc affectaverit; vel qui maturus profectus est, vel litis gratia cœpit reipublicæ causa abesse. Sed hæc adjectio doli mali ad reipublicæ causa absentes refertur, non etiam ad eum qui metus causa: quoniam nullus metus est, si dolus intercedit.

De his qui
Romæ dant rei-
publicæ operam.

personne n'ait été chargé de le défendre, soit que le magistrat soit cause que l'action ait péri sans mauvaise foi de la part de la partie, je donnerai action pour rétablir toutes choses en état dans l'année, à compter du jour où l'on aura été libre d'agir. Enfin si je trouve quelque autre juste raison, je restituerai en entier, autant que le permettront les lois, les plébiscites, les sénatus-consultes, les édits et les décrets des princes». 2. *Callistrate au liv. 2. de l'Edit monitoire.*

Si on considère cet édit par rapport aux personnes qu'il concerne, il n'est point aujourd'hui d'un grand usage; car ces personnes sont secourues extraordinairement par les sénatus-consultes et les décrets du prince.

1. Cet édit offre son secours principalement à ceux qui se sont absentés par crainte, pourvu cependant qu'ils ne se soient pas laissé épouvanter par une terreur panique.

3. *Ulpien au liv. 12. sur l'Edit.*

On est absent par crainte, lorsqu'on a été forcé de s'absenter par la crainte de la mort ou des tourmens: la justice de cette crainte se connoit par ses effets. Au reste il ne suffit pas d'une crainte quelconque, c'est au juge à en examiner la qualité.

4. *Callistrate au liv. 2. de l'Edit monitoire.*

L'édit concerne aussi ceux qui sont absens pour le service de la république sans fraude. L'effet de l'absence frauduleuse est que, si on a pu revenir et qu'on ne l'ait pas fait, on ne sera pas restitué contre le tort qu'on aura souffert à l'occasion et pendant le temps de l'absence; par exemple, si on affectoit d'être absent pour la république pendant qu'on seroit occupé à faire des gains considérables, on ne jouiroit pas de ce privilège.

5. *Ulpien au liv. 12. sur l'Edit.*

Il en est de même si on a affecté d'être absent, quand même on n'auroit tiré aucun profit de l'absence, si on est parti trop tôt, ou si l'absence pour la république a été causée dans l'origine par un procès. Au surplus cette addition, sans fraude, ne regarde que ceux qui sont absens pour la république, et non ceux qui sont absens par crainte; car il n'y a point de crainte où il y a fraude.

1. Mais ceux qui ont des fonctions à Rome pour le service de la république ne sont point censés absens pour la république.

6. *Paul au liv. 12. sur l'Édit.*

Comme sont les magistrats.

7. *Ulpien au liv. 12. sur l'Édit.*

Les soldats qui font le service à Rome sont censés absens pour la république.

8. *Paul au liv. 3. des abrégés des Édits.*

Les envoyés des villes jouissent aussi du même privilège, en vertu d'une ordonnance des empereurs Marc-Aurèle et Commode.

9. *Callistrate au liv. 2. de l'Édit monitoire.*

Ce privilège est aussi accordé à ceux qui sont en prison. Ce qui regarde non-seulement ceux qui sont dans les prisons publiques, mais aussi ceux qui sont détenus par des brigands ou des voleurs, ou retenus en chartre privée par une force majeure. L'édit porte ceux qui sont dans les fers; mais ce mot doit être pris dans un sens étendu. Il comprend ceux qui sont renfermés, par exemple, dans les carrières: peu importe en effet qu'on soit retenu par des murailles ou par des chaînes. Cependant Labeon pense que le mot de prison ne doit s'entendre que des prisons publiques.

10. *Ulpien au liv. 12. sur l'Édit.*

Il en est de même de ceux qui sont gardés à vue par des soldats, des sergens ou par les esclaves des magistrats municipaux, s'ils prouvent qu'ils n'ont pu veiller à leurs affaires. On est aussi censé être dans les chaînes quand on est lié de manière à ne pouvoir paroître sans honte en public.

11. *Callistrate au liv. 2. de l'Édit Monitoire.*

Ceux qui sont en servitude jouissent aussi de ce privilège, soit qu'ils servent de bonne foi sans être esclaves, ou qu'ils soient retenus de fait dans l'esclavage.

12. *Ulpien au liv. 12. sur l'Édit.*

Celui à qui on conteste son état n'est point compris dans cet édit, aussitôt que le procès est commencé: ainsi il n'est regardé comme étant en servitude que jusqu'au commencement du procès.

13. *Paul au liv. 12. sur l'Édit.*

Labeon pense avec raison que l'édit ne

§. 1. Sed qui Romæ, reipublicæ causa operam dant, reipublicæ causa non absunt.

6. *Paulus lib. 12. ad Edictum.*

Ut sunt magistratus.

7. *Ulpianus lib. 12. ad Edictum.*

Milites planè, qui Romæ militant, pro reipublicæ causa absentibus habentur.

De militibus.

8. *Paulus lib. 3. Brevium.*

Legatis quoque municipiorum succurritur ex principum Marci et Commodi constitutione.

De legatis municipiorum.

9. *Callistratus lib. 2. Edicti monitorii.*

Succurritur etiam ei qui in vinculis fuisset: quod non solum ad eum pertinet, qui publica custodia coercetur, sed ad eum quoque, qui à latronibus aut prædonibus, vel potentiore vi oppressus, vinculis coercetur. Vinculorum autem appellatio latius accipitur: nam etiam inclusos, veluti latunias, victorum numero haberi placet: quia nihil intersit, parietibus, an compedibus teneatur. Custodiam autem solam publicam accipi Labeo putat.

De vinculis.

10. *Ulpianus lib. 12. ad Edictum.*

